

plius quæ in tit. 18. lib. 5. Recop. Cast. sunt insertæ: quindæ leges amplectitur: in eis libertas hujus contractus demandatur personæ, quibus sic contrahere permittitur, demonstratur: earum qualitates præfinitur: quomodo est pecuniarum receptio faciendâ, referre non omittitur: pro ejusmodi muneris publici procuracione assignatur æstimatio: casus, quo non est lucrum referendum, prescribitur: quæ cambia prohibita; nec minus conceditur, pecunias, ut negotiaciones perficiant, nisi commoda, atque incommoda substulerit, etiam damni emergentis, lucrive cessantis prætextu mercatoribus tradere. (Vid. hic in add. hisp.)

CAMPANA.

Variâ quoad Campanas.

SUMMARIUM.

- 1 CAMPANARUM usus, & abusus, ad n. 4.
- 5 Campana à quibus benedicenda jure vel privilegio, ad num. 10.
- 11 Quando pulsari haud possint, ad n. 15.
- 16 Regularibus quid concessum circa earum pulsationem, ad num. 21.
- 22 Quibus diebus tempore interdicti pulsari queant ex Indulto Summ. Pontificum, ad num. 25.
- 26 Subnectuntur supplementa Auctoris, ad n. 32.
- 33 Additiones ex aliena manu, ad n. 37.
- 38 Novissimas invenies insertas, ad num. 43.

CAMPANARUM USUS expresse indicatur à Gloss. cap. Quia cunctos unic. de Offic. Custodis, Extrav. comm. ubi verb. Campana, adducit campanam sic de se ipsa loquentem duobus his versibus:

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum, defunctos ploro, pestem fugo, festa decoro.

Unde non licet regulariter pulsare campanas benedictas, seu consecratas, ut convocetur populus ad arma, vel ad designanda supplicia, & mortes quæ dantur reis; Conc. Mediol. l. part. 2. tit. de ecclesiis, & eorum cultu in fine his verbis: "Sacre campanæ usum, qui ad fideles præmonendos, ut ad divina convenientia officia, est introductus, indignum est, ad conveniendos homines ad spectacula suppliciorum adhiberi. Quamobrem principes, ac magistratus etiam, atque etiam hortamur, ut campanis, quæ ecclesiarum usui sunt addictæ, nisi consecratæ sint, ad penarum significationem quemquam uti ne patiantur." Et Sac. Congr. Episc. & Regul. in Papiens. de anno 1581. apud Barbos. in Collectan. decis. Apost. verb. Campana n. 5. expresse decrevit, quod campanæ consecratæ etiam in turri profana existentes, nullatenus usui profano inservire debeant, etiam si in hunc usum secularibus fabricatæ prætenderentur. Campanæ enim ex Concil. Coloniens. II. part. 9. cap. 14. benedicuntur, ut vocetur populus ad conveniendum in templo, & clericus ad annuntiandas Dei laudes, & fideles omnes invitentur ad preces, & devotionem, cujus institutionis meminit liber Romani Ordinis relatus in cap. 1. de offic. Custodis, ubi campanæ appellantur signa, quia in eum finem pulsantur, ut sint signa temporis, quo Clerici ad divinas horas recitandas, & fideles ad intendendum sacris debent convenire; consonat textus in cap. Solent de consecr. dist. 1. & in cap. 2. de offic. Custodis. Insuper, ait ipsum cit. Conc. Coloniens. benedicuntur campanæ, ut earum sonitu terribi demones statim discedant, & repellantur procul hostiles exercitus, & ut fragor grandinum, procellæ turbinum, impetus tempestatum, & fulgurum, infesta tonitrua, & ventorum flamina suspendantur, spiritus procellarum, & aeræ tempestates prosternantur; Concilium ibi; Furo. de visitat. lib. 1. cap. 14. n. 7. latissime post alios recentiores Martinus Delvius disquit. magic. lib. 6. cap. 3. q. 33. ad fin. lit. F. & cum pluribus aliis Barbosa de offic. &

potest. Episc. part. 2. allegat. 27. num. 47. & 48.

Campana, antequam in campanili collocetur, debent esse benedictæ, & consecratæ ab Episcopo, vel ab alio habente facultatem, & hoc de necessitate præcepti, prout habetur ex Pontificali tit. de benedictione Campana, ubi prescribitur, quod campana debet benedici, antequam ponatur in campanili; verbum enim illud debet, necessitatem importat, l. 1. §. 1. Quod quisque Juris, Gloss. in Clementina Attendentes, verb. Debeant, de statu Monachorum. (Leg. 2. tit. 29. p. 2. gloss. 1. leg. 9. tit. 4. gloss. 3. 22. tit. 11. gloss. 5. p. 3. leg. 26. tit. 1. p. 7. gloss. ibi debelo dar pot quitoa) Rota apud Farin. part. 1. tit. 1. decis. 79. Adeo ut etiam Regulares possint cogi ab Episcopo ad deponendum de campanili campanas, si ibi non benedictas appenderunt; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Aprutina 17. Januar. 1614. Immo Episcopus potest prohibere, ne campanæ nondum benedictæ pulsentur; Sac. Congr. Rit. in Aprutina 5. Julii 1614. Et hoc est advertendum, quod benedictio campanarum ab Episcopo delegari non potest, quia unctio, quæ debet fieri cum sacris oleis, est Ordinis Episcopalis, & de necessitate præcepti, ut habetur in cit. Pontificali, & ideo inferioribus Episcopo committi non potest, nisi ex speciali Indulto Pape; Sac. Congr. Rit. in Majoricen. 19. April. 1687. Et qui habet Indultum non potest alii benedictionem delegare, nisi hoc illi concedatur expresse; ead. Congr. in Nullius Fulden. 1. Sept. 1703. Privilegio benedictio campanas gaudet Abbates, alique Prælati usum Pontificalium habentes, ut expresse declaravit Sac. Congr. in Patavina 5. Apr. 1620. dum modo id faciunt pro solo usu suarum ecclesiarum, ut pluries censuit Sac. Congr. & signanter 27. Septembris 1619. §. 16. in decret. circa usum Pontificalium Prælati Episcopo inferioribus concessorum coram Sanctissimo Domino nostro Alexandro VII. emanato. Vid. verb. Calix n. 5. & verb. Abbas n. 31. (Vid. add. novis. verb. Calix verb. Consonant: ibique leg. 14. ubi de benedictione campanæ etiam agitur.)

Campana in sabbato sancto non possunt in aliqua ecclesia pulsari ante pulsationem in ecclesia cathedrali, vel matrice; Leo X. in constitut. incip. Dum intra §. 12. ibi: "Et ut debitum honor matri ecclesie reddatur, tam ipsi fratres, quam alii clerici seculares, etiam super hoc Apostolica Sedis privilegio muniti, die sabbati majoris hebdomadæ, antequam campanæ cathedralis, vel matricis ecclesie pulsaverint, campanam in ecclesiis suis pulsare minime possunt." Contrafacientes panam centum ducatorum incurrant; Sac. Congr. Rit. in Oriolen. 11. April. 1601. in Mariccen. 1609. in Venetina 30. Decembris 1615. & 14. Novembris 1615. In Syracusana 3. Junii 1617. & alia Syracusana Modica 13. Februar. 1619. Tam in ecclesiis Regularibus, quam secularibus; ex cit. const. Leonis X. & adductis decretis. Etiam in ecclesiis S. Joannis Hierosolymitani, etiam prope & extra muros existentibus, & etiam in ecclesiis Confratrum; Sac. Rit. Congr. in Placentina 21. Augusti 1604. & Melit. 6. Decembris 1621. Etiam ad ecclesiâ collegiatâ, quæ habet omnimodam præcedentiam supra matricem; ead. Sac. Congr. Rit. in Syracusana Modica 23. Februarii 1619. Regulares ratione hujusmodi in sabbato sancto, posse conveniri coram loci Ordinario, decrevit Sac. Congr. Conc. in Capuana 23. Aprilis 1591. nisi consuetudo in contrarium esset legitima; vel ecclesiâ multum distaret, ex Sac. Congr. Episc. & Regul. in Surenina 16. Julii 1601. & postea in Thelesina 15. Febr. 1622.

Regulares prohiberi non possunt ab Ordinariis, & aliis quibuscumque personis, ne in aliis diebus, præter sabbatum sanctum, pulsant campanas in suis ecclesiis, & missas celebrent ante celebrationem missæ, & pulsationem campanæ in ecclesia cathedrali, vel matrice; S. Pius V. in constit. incip. Etsi Mendicantium §. 22. ibi: "Prohibemus insuper eisdem Ordinariis, ac aliis quibuscumque personis, ne impediunt ipsos fratres, quando eis placuerit, tam in diebus dominicis, seu festis, aut aliis totius anni temporibus campanas pulsare, & etiam tempore, quo ipsi celebraverint, missas celebrare." Immo

mo priusquam Parochi celebrent ex eodem S. Pio V. §. 8. ejusdem constitutionis incip. Etsi Mendicantium, ibi: "Nec non missæ (ait) & divina hujusmodi etiam in diebus dominicis, vel festis, etiam antequam rector parochialis ecclesie celebraverit, celebrare, & facere, quando eis videtur." Et post indultum S. Pii V. adest decretum Sac. Congr. Episcop. & Regul. 10. Octobris 1586. sic statuentis: "Ordinariis non impediunt fratres pulsare campanas ad matutinum, ad horas, & missam, antequam pulsetur campana majoris ecclesie, præterquam in die sabbati sancti." Et aliud Sac. Congr. Ritum in Oriolen. 6. April. 1601. statuente: "Quod campanæ in aliis diebus præter sabbatum sanctum pulsari possint ad salutationem Angelicam &c. indifferenter ante, vel post pulsationem in ecclesia cathedrali, vel matrice." Et aliud Sacræ Congregationis Concilii in causa Nullius Provincie Ravennat. 15. Sept. statuente: "Nequaquam prohibuit esse Regularibus missas celebrare, & campanas pulsare in suis ecclesiis ante celebrationem missæ, & pulsationem campanæ in ecclesia cathedrali." Et aliud ejusdem Sac. Congr. Concilii in Aquisani pro loco Incise, ubi ad 14. dubium: "An possint PP. Carmelitarum dare signum, & celebrare missam in diebus festis eodem tempore, vel antequam daret signum, & celebraretur missa parochialis?" sub diebus 29. Maji & 9. Junii 1708. respondit, affirmative.

Campana non sunt pulsandæ tempore Interdicti; cap. Quod nonnullus 25. de privilegiis, cap. Permittimus 57. de sentent. excommunic. & cap. Alma Mater 24. de sent. excommunic. in 6. Ex hoc autem cap. Alma Mater, verb. In Festivitatibus, permittitur ut in festis Natalis Domini, Paschatis, Pentecostes, & Assumptionis B. M. V. celebrentur divina officia solemniter cum pulsatione campanarum, ibi: "In festivitatibus vero Natalis Domini, Pasche, ac Pentecostes, & Assumptionis Virginis Gloriosæ, campanæ pulsentur, & januis apertis alia voce divina officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis; sed Interdicti admissis, quibus ob reverentiam dictarum solemnitatum, ut ipsi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinentur, præfatis diebus participationem permittimus divinorum; sic tamen, quod illi, propter quorum excessum interdictum hujusmodi est prolatum, altari nullatenus appropinquent." Et hanc concessionem fuisse per Martinum V. Eugenium IV. & Leonem X. ampliatam ad Corpus Christi, & Virginis Conceptionis cum tota Octava, refert Volpi rest. 95. num. 6.

Regulæ, quibus post Concilium Tridentinum, & Gregorium XIII. cum sufficientibus derogationis specificis, & expresse est à Sede Apostolica concessum, ut quædam proprii ordinis festa solemniter rite tempore Interdicti generalis quacumque auctoritate possint, celebrent, possunt in omnibus illis festivitatibus voce alta, apertis januis, & per pulsationem campanis, divina facere, ac omnibus fidelibus sacramenta ministrare, exceptis nominatim Interdictis, & Interdicto causam præsentibus, & omnia alia liberè, & solemniter rite peragere, ac si Interdictum minime appositum esset, ut expresse (post Concilium Tridentinum & Gregorium XIII. qui in sua constit. incip. In tanta rerum, & negotiorum mole, revocaverat omnia privilegia Tridentino adversantia) concessit Ordini Minorum S. P. Francisci Clemens VIII. die 17. Octobris 1695. constit. incip. Sacra Seraphici, per quam omnem dubitatem è medio tollit his præcis verbis: "Sacra Seraphici B. Francisci Religiosis in S. Romanam Ecclesiam merito possunt, ut privilegia, & indulta illi per Sedem Apostolicam concessa, non modo conserventur, sed etiam ampliantur. Cum itaque, sicut accepimus, diversorum Romanorum Pontificum concessionibus Religiosis præfate indultum sit, ut temporibus interdicti, quacumque etiam apostolica auctoritate appositi, festa sanctorum ejusdem Ordinis, Francisci nimirum, Bonaventuræ, Antonii de Padua, Ludovici, Bernardini, Claræ, Elisabeth, ac Martyrum, solemniter rite celebrare, proinde ac si Interdictum hujusmodi minime appositum esset, liberè possint, festa verò S. Didaci, & Portiunculæ in prædicto Indulto minime comprehendantur: Nos religionem præ-

dictam amplioribus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac Indultorum hujusmodi, & Literarum Apostolicarum desuper expeditarum tenores, præsentibus pro expressis habentes; supplicationibus dictæ religionis, per dilectum Filium nostrum Hieronymum Presbyterum Card. Matthæum Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, religionis prædictæ universæ, ac cuiuscumque ipsius ordinis, familie sive conventui, ut in eorum ecclesiis, festa etiam prædicti S. Didaci & Portiunculæ, temporibus Interdicti, solemniter, prout alia festa prædicta, ac juxta Indultorum illi concessorum seriem, & tenorem, celebrare liberè, & licite possint, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac indulta prædicta ad prædictas S. Didaci, & Portiunculæ festivitates extendimus, & ampliamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus, Conciliis editis generalibus, vel specialibus, necnon omnibus illis, quæ in præfatis indultis, & literis apostolicis concessum est non obstat; ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Tusculi sub annulo Piscatoris 17. Octobris 1595. Pontificatus nostri anno quarto." Sic extat ad literam apud Rodric. collect. priviil. Bulla 4. & sic tenent plurimi cum Pignatelli. tom. 10. consult. 1.

Campana benedictæ non pulsantur, nisi ad usus, 26 quos recenset Glossa Extr. Quia cunctos de offic. custod. Sac. Congr. Episcop. & Regul. 31. Januar. & 18. Martii 1581. & 29. Julii 1616.

De consensu Episcopi campanæ benedictæ pulsari possunt ad usus profanos, ad quos non sequuntur causæ sanguinis, & præsertim si communitatis expensis constructæ fuerunt, quantumvis tale jus non sibi reservasset; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 13. Jan. 1559.

Pro pulsatione campanarum ad præfatos usus necessæ non est ordinario licentiam petere toties quoties pulsandæ sunt, sed sufficit eandem semel petere pro semper; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 8. Januarii 1592.

Episcopus prohibere non potest, ne campanas pro funeribus pulsent sine licentia ipsius Episcopi; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 2. Febr. 1601.

Servanda est pia consuetudo pulsandi campanam aliquot ictibus tam de sero, quam de mane, quando dicendum est officium defunctorum; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 21. Augusti 1607.

Quoad mercedem campanæ, quæ pulsatur occasione funerum, servanda est consuetudo; Sac. Congr. Episc. & Regul. in Maji 1617. & 28. Maji 1638.

Est abusus non tolerandus, quod campana aliqua pro solis nobilibus pulsari reservetur, sed pulsari debet pro quibuscumque petierint; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 19. Julii 1583.

Cuius primus usus campanarum tribuendus sit, non conveniunt inter se Scriptores. Vide contrarias inter se opiniones (apud Bened. XV. Instit. eccles. 20. num. 2. & dub. 6. sequent.) Illud (ait Pontifex Optimus Maximus num. 1.) solum dici potest, tintinnabula ante seculum sextum ab ecclesia Occidentali usu recepta fuisse, quem ex vita S. Columbani Abbatis, quæ seculo sexto exarata fuit, ac postea à P. Mabillonio, in lucem edita, deprehendatur, ipsum sub median noctem pulsante campana ad templum se consulisse, ceterisque Monachos somno excitatos ad templum pariter convenisse.

De disciplina pæster, ob quam majori hebdomada campanarum pulsatio interdicitur, non una Scriptorum opinio. Vide eundem Benedictum XIV. d. Instit. eccles. num. 6. & sequent. ubi & qua norma sonitus campanarum repetatur.

Quod si in aliquo loco nec cathedralis habeatur, nec matrix ecclesia, ecclesia magis digna campanas prior pulsare debet sabbato majoris hebdomadæ, idem Pontifex num. 9.

Tametsi duæ ecclesie pari inter se dignitate veteri pactione statuerint, ut sabbato majoris hebdomadæ alternis vicibus prima campanas pulsaret, altera earum in collegiata erecta, ipsa, pactione abrogata, prior campanas pulsaret debet sabbato majoris hebdomadæ; mox laudatus Pontifex ibidem num. 11.

- 37 Vide & alia de campanis apud eundem Pontificem
Instir. eccles. 61. num. 4. & 5.
- 38 *** Jam à sexto seculo constat ex Ordine Romano,
39 campanas in ecclesia in usu esse cepisse. Motivo promo-
venti officium, sive missam parochialem, constitutum, ut
ecclesia parochialis plures, easque majores campanas ha-
beat, quarum pulsus populus ad officium convocetur. Sanc-
40 tus Carolus optavit, ut in omnibus ecclesiis parochialibus
ad minus duae campanae haberentur, eaeque distincto soni
concentu inter se recte consentientes, pro varia divinorum
41 officiorum, quae fiunt, ratione & significatione. Campana
certis horis diei ac noctis pulsandas consuetudine intro-
ductum est. Primò, tempore sacrificii missae & horarum
canonicarum; secundò, cum elevatur hostia in missa so-
lemni; item cum viaticum, seu corpus domini ad infirmos
defertur; hora meridiana; item vesperè hora salutationis
Angelicæ; in receptione Episcoporum & etiam Abbatum
jura episcopalia habentium, necnon principum secularium;
42 item ad fugandas tempestates, & in obitu defunctorum.
In die etiam anniversaria nequaquam recens est, quod
campana sero & manè ante officium diu pulsentur. Refert
Ordericus Vitalis lib. 3. Historie, Osbernum Abbatem Uti-
censem hujus ritus auctorem fuisse. Consuetudine passim
43 receptum est, quod decimatorum sive alii, quibus onus repara-
tionis incumbit, quive suppeditare tenentur necessaria
ornamenta pro celebratione divini officii, teneantur quoque
ad unius saltem campanae restaurationem & intertentionem,
quam *Bannalem* vulgò appellant. De quo vide Pe-
ctium & Brodæum in Notis ad Lovetium *Lir. R. n. 50.* ***
(Insuper modo habita consuetudine, seu juris hodie-
ni determinatione, per leg. 6. tit. 6. p. 1. proponitur, The-
saurario, sive Sacristae facultatem inesse, campanas aut
cymbala pulsari precipiendi; in ejus glos. *verb. Las Cam-
panas*: ad alias multas res præter quæ hic in fin. & sup.
n. 1. usque ad 5. recensentur, signa esse ostenditur, etiam
que unde nomen hujusmodi accepserint instrumenta.)
- Nulli licet propria auctoritate, precipue ad scanda-
lum, seditionem, & tumultum excitandos, dolose eas pul-
sare: si tali objecto quætere easdem intenderit, poenam
mortis cum omnium bonorum amissione non effugit, ne-
cessarium erit, ut in simili pulsatione licite procedatur,
judicis ordinari, ac cujuscumque oppidi quatuor decu-
sationis, si inveniatur, vel saltem duorum veniam esse
precedendam; leg. 5. tit. 10. lib. 4. *Ord. Reg. 5. tit. 15.
lib. 8. Recop. Cast.* Vide addit. *hirp. verb. Bannitus, Cle-
ricus, vers. Cum bonus odor*: *verb. Infamia, vers. Præ-
ter casus*: in fin. & *verb. Libellus famosus*: vagabun-
dus, & *verb. Zingari.*
- Si in actione dolus defecerit, eoquod pro patris de-
fensione, seu rerum ad oppidanorum servitium specta-
ntium recuperatione evenierit, cum subveniendi justam cau-
sam habuerit (licitum est, turbas, & catus hominum in
adjutorium congregare), nullam poenam merebitur leg. 24.
tit. 26. p. 2. 7. tit. 10. part. 7. leg. 33. tit. 18. lib. 6. 4.
tit. 13. lib. 8. 4. tit. 31. cap. 63. col. 2. lib. 9. *Rec. Cast.*)

CANCELLARIA, CANCELLARIUS.

Varia de ipsis.

SUMMARIUM.

- 1 CANCELLARIA apostolica Collegium à quo insti-
tutum, & quot officialibus constet.
 - 2 Eorum nomina, præcedentia, munera, & privilegia,
ad num. 3.
 - 4 Cancellaria apostolica regula quot sint, qualis, & à
quibus præscripta, vel reformata, ad n. 6.
 - 7 Cancellaria Episcopalis tota describitur ratio, ad n. 32.
 - 33 Subnectuntur Additiones ex aliena manu, ad n. 34.
 - 35 Additiones noviss. ad n. 62.
- CANCELLARIA apostolica Collegium ex 72. Officialibus
constans, stabilitiv Sixtus IV. constit. 16. incipiens. Di-
vina. Dicuntur Abbreviatores, *ibidem*. Aliqui sunt Præ-

identes de Parco majori, & sunt 22. Alii 22. de Parco
minori. Alii examinant literas, & iis Officialibus com-
petenti literas signare; Qualitates eorum, ut assumantur,
ibidem; Quomodo dividenda inter eos? Possunt officia
resignare, vel libere, vel in favorem alterius; literæ
apostolicæ pro eis gratis expedienda; Non possunt ex-
pedire literas non signatas à Vicecancellario; signatas
possunt acceptare, & disponere, *ibidem* Vicecancellarius
subduntur, & in hoc ampla est potestas Vicecancellarii,
ibidem. Cancellaria apostolicæ regulæ observanda pro
expeditionibus literarum reformatæ, & præscriptæ sunt
à variis Summis Pontificibus, & novissime à Bened. XIV.
in constit. *incip. Sanctissimus*, per septuaginta duo ca-
pita. Cancellariæ regulæ sunt certe constitutiones apos-
tolicæ, quas singuli Pontifices à principio sui regiminis
circa causas beneficentiales, & judiciales facere, vel à præ-
decessoribus suis jam factas renovare, augere, vel mi-
nuere consueverunt. Et solent esse septuaginta duæ, &
earum numerum reduxit Bened. XIV. in dict. consti-
tut. *incip. Sanctissimus*, facta, & publicata 1740. 31. Au-
gusti anno primo sui Pontificatus. (Vid. art. 9. *verb. Be-
neficium, ubi omnes regulas ad literam invenies, & quas
vires hodie habent*.)

Cancellaria episcopalis exercitium non debet vendi,
neque locari; Sacr. Congr. Episcop. & Regul. in Hos-
tunen. 3. Septembris 1577. in Aoveran. 3. Februarii 1593.
in Recinaten. 10. Januarii 1594. Hydruntina 23. Janua-
rii 1601. in Guardian. 23. Decembris 1603. Sed de-
bet exerceri per proprios episcopi ministros statuta
provisione, absque ulla participatione emolumentorum;
quia sic subditi certiores erunt, se non gravari exactioni-
bus indebitis, & pauperes consequendi majores, ac ve-
riores gratias, quam Affiduarii facere vellent, vel pos-
sent. Sic de mente Clementis VIII. Sacr. Congr. Episc.
& Regul. in Neapolitana 26. Augusti 1592. ut patet ex
litteris hac de re rescriptis ad Archiepiscopum Neapolitanum
pro præcis his verbis: "La Sanità di nostro Signore,
"col parere di questi miei Illustrissimi Signori della Sa-
"gra Congregazione sopra i Vescovi, ha risoluto, che i
"Prelati non abbiano ad affittar le Cancellarie de' loro
"tribunali, ma quelle devono far esercitare da' ministri
"proprii da essi provisionati, senza dar loro partici-
"pazione alcuna dell' emolumenti, è proventi di essa; con-
"fidandosi, che con questo i popoli abbiano à rimaner
"più sicuri da esazioni indebite, è i Poveri da conseguir
"più grazie di quelle, che possono far loro gli stessi Affit-
"tuarii. E acciocchè sia lecito ad ognuno veder, che non
"sia loro fatto aggravio, vuole anche sua Beatitudine,
"che ciascun tribunale abbia la sua Pandetta, è tassa
"delli mercedi dell' officiali stesa, ed attaccata in pu-
"blico nella stanza della residenza de' Notari, di manie-
"ra che colui, che tratta nel tribunale, possa à sua pos-
"ta chiarirsi di quanto deve pagare; di che ora do avvisar-
"lo à V. S. d' ordine della Sanità sua, affinché ella per
"quel che à lei tocca, casi eseguisca, è per sue Lettere
"comandi à tutti i suoi Suffraganei di commissione di sua
"Beatitudine; contro à' negligenti si manderà Commis-
"sario con spesa, è poca loro riputazione; E se paresse
"ad alcuno essergli ciò dannoso, abbia pazienza, perchè
"nil guadagno consiste solo nel servizio di Dio, è nella
"salute, è buona soddisfazione de' Popoli. Di Roma
"26. Agosto 1592. Sic ad literam refert Fagnan. in cap.
"Quoniam 2. Ne Prelat. vicez suas num. 24. Pignatell.
"tom. 8. consult. 11. num. 14.

Emolumenta Cancellariæ debent sufficere pro solo
Notario; Sacr. Congr. Episcop. & Regul. in Seno-
gallien. 16. Octobris 1603. Sacra Congregatio aliquando
"concessit ordinario uti emolumentis Cancellariæ pro sol-
"venda pensione; Sacra Congregat. Episcop. & Regul. in
"Beneventana 25. Januarii 1647. Vel pro suis necessita-
"tibus; Sacr. Congregat. Episcop. & Regul. in Tranen-
"31. Maji 1647. 8. Maji 1649. Februarii 1650. In Cancellari-
"is episcopalibus servanda est taxa innocentiana, ex de-
"cretis, ut infra: "Die 1. Octob. 1768. facta per me in-
"scriptum istarum resolutionum, seu declarationum
"relacione Sanctissimo Domino nostro Innocentio XI.
"mediante illarum lectura de verbo ad verbum, Sancti-

1218

tas una laudavit, approbavit, ac servari mandavit, eo-
rumque observantiam, & publicationem injunxit Sacra
Congregationi Concilii, Joannes Baptista de Luca præ-
sidi Sanctissimi Domini Nostri Innocentii Papæ XI. Au-
ditor, & Secretarius Memorialium. Die 8. Octob. 1678.
Sac. Congr. Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium
"Sacr. Trid. Interpretum, inherendo mandatis Sancti-
"tatis sue censuit, præmissam taxam, seu declarationes
"typis dandas esse, & pro literas circulares in locorum
"ordinarios transmittendas, ut eas in Cancellaria in loco
"omnibus patenti retinere faciant, easque ad amissum ob-
"servent, ac faciant observari." Ipsa autem taxa Inno-
centiana refertur per extensum à Pignatello tom. 8. con-
sultat. 11. in fin. & à Nobis *verb. Taxa Innocentiana*,
in qua inter alia habetur, quod nihil, sub specie doni
gratuiti recipi possit pro licentia, seu patentalibus con-
dionandi, sive in quadragesima, sive in adventu, sive
in omnibus aliis temporibus; & pro quibuslibet locis.

14 Cancellarius Episcopi nihil accipere potest, nec ra-
tione scripturæ, neque sigilli, neque laboris, aut alio
titulo, sed gratis his, quorum interest, debet præstare
hæc omnia, videlicet: "Approbationes ad audiendas
"confessiones, licentiam administrandi sacramenta, li-
"centiam deservendi beneficiis, licentiam sepeliendi de-
"functorum corpora in ecclesia, licentiam celebrandi
"missas, licentiam colligendi elemosinas, mandata pub-
"licandi in ecclesiis eos, qui primam tonsuram, vel
"minoris, ac sacros ordines suscipere voluerunt." Quoad
15 alia vero, que sequuntur, poterit aliquid percipere, si
nullum sibi salarium, vel stipendium constitutum fuerit;
tuncque congruum tantum sui laboris mercedem, quæ
quoad literas collationis, vel institutionis curarum eccle-
siarum, vel deputacionis Vicariorum in illis unum aureum,
& quoad literas dimissorias, & testimoniales decem
unius auri numquam excedat. "Pro literis colla-
tionum, institutionum, seu provisionum beneficiorum
vacantium pro obitum, vel per resignationem, etiam
"re causa permutacionis, vel alia; Pro literis dimissoria-
"libus, seu testimonialibus, que conceduntur presbyte-
"ris, seu clericis ad alias dioceses transituris; Pro lite-
"ris recipiendi ordines ab aliis episcopis; Pro licentia
ordinandi se ad titulum patrimonii, seu pro approba-
tionibus hujusmodi titulum; Pro licentia absentandi
"se ab ecclesia, seu beneficiis; Pro licentia erigendi can-
"pellas; Pro literis approbacionis concurrentium ad pa-
"rochialium vacationem in mensibus reservatis, que ad
"Sedem Apostolicam transmittuntur; Pro approbatione
jurisprætorum ex fundacione, vel dotacione; Pro crea-
tionibus Vicariorum in parochialibus; Pro deputacioni-

Ex quo sit determinatum, edictum circa sportularum æstimationem à Cancellariis, ceterisque ministris ec-
clesiasticis observari debere, ac nullam earum præfinitionem per ecclesiasticos Judices factam, absque prævia Sen-
tentiæ Castellæ approbatione effectum sortiri (1); sequitur taxas quarum fit mentio, penes in totum in Hispaniarum
regnis, si aliquo in tempore vigerent, esse inusitatas.

(1) Leg. 33. tit. 25. lib. 4. Por quanto por la ley
veinte y siete de este título está proveído, que los Jue-
ces y Notarios Eclesiásticos de estos reynos guarden el
arancel de ellos: mandamos que los del nuestro Consejo
tengan cuidado de hacerlo guardar y cumplir, y den
para ello las provisiones necesarias; y lo que en él no
estuviere determinado, se escriba á los Prelados que en-
vien los aranceles que ellos tuvieren hechos, ó los ha-
gan de nuevo, cada uno en su distrito y juzgado, y los
envien al dicho nuestro Consejo dentro de treinta dias,
para que vistos, se dé la buena orden que convenga.
Remis. 8. tit. 3. lib. 1. Los Jueces Eclesiásticos y No-
tarios lleven los derechos conforme al arancel real. Re-
mis. 11. tit. 27. lib. 4. Los Notarios eclesiásticos guar-
den el arancel del reyno. Aug. 4. tit. 1. lib. 4. §. 7.
Que en quanto á los demas tribunales ordinarios ecle-
siásticos en la cobranza de derechos está prevenido, se
han de cobrar segun los aranceles reales; y para que se
cumpla, y no haya omision, está dispuesto, que mis
Corregidores, cada uno en su partido, atiendan á esta
observancia, y den cuenta de lo en que se faltare, para
FERRAR. BIBLIOL. TOM. II.

bus Economorum; dum beneficia vacant; Pro execu-
tionibus literarum apostolicarum gratiam, seu justitiam
"concernentium." Sac. Congr. Concilii in Vicent. 8.
Martii 1602. Sic præcise refert, & tenet Barbosa Col-
lectan. in Trident. session. 21. cap. 1. de reformat. ni-
mer. 14. 15. & Collectan. Apostolic. decis. *verb. Cancellari-
larius num. 7. & de officio. & potest. Episcop. part. 3. al-
leg. 107. 28. & 29.* Vide tamen *verb. Taxa Innocentiana.*
Cancellarius Episcopi pro mercede copiam processuum, 16
sive actorum servare debet taxam pluries à Sacra Con-
gregatione Episcoporum approbatam, & præsertim in
Larimen. 8. Julii 1690. in qua recurrente Dominico So-
rella fuit Episcopo injunctum: "che pagandosi dal mede-
"simo la mercede al Cancelliere alla ragione di bajocchi
"due, e mezzo per qualsivoglia facciata di carta di ven-
"ti versi, contenenti venti lettere per ciascuno verso, tras-
"metta all' E. E. loro la coppia autentica de' predetti."
Et in Savonen. 4. Septembris 1693. recurrentibus capel-
lanis, & sacerdotibus Burgi Finalis, proponente cla-
rem. Cardinal. Petrucci, fuit rescriptum: "Ad mentem
Eminentissim. Pontificis. Et mens fuit, quod nomine
congregationis injungeret ordinario transmissionem acto-
rum soluta mercede juxta supradictam taxam, prout man-
davit transmitti. Decreto seq. "Cancellarius & alii Actua-
"rii, seu officiales, & ministri Curie Episcopalis, Savo-
"nnen. soluta ipsis per oratores mercede ad rationem me-
"dii Julii Romani pro qualibet integra charta, cujus
"unaquæque pagina constet saltem 20. lineis, quarum
"unaquæque continet saltem 20. literas, ita ut integra
"charta habeat 40. lineas juxta mentem Sacre Congrega-
"tionis, integram copiam processuum, & omnium actorum
"prædictis Oratoribus tradant, & consignent &c. Dat.
"Romæ 9. Septembris 1692. P. M. Cardinalis Petrucci
"Ponens." Cancellarius in exigendis emolumentis debet 18
servare taxam Innocentianam in illis, in quibus in ipsa
taxa disponit; in reliquis vero, vel Metropolitanam, vel
proprium Diocesim, dummodo non sit rigidior, & contra
decreta Sacre Congregationis, ut responsum fuit à
Sacra Congregat. Episcop. in Thelesina 19. April. 1697.
Cancellarius enim, sive Notarius non potest exigere, ni-
si mercedem taxatam lege, & si aliquid ultra recipiat,
peccat, & tenetur ad restitutionem, ut pluribus allegatis
firmat Passerinus in cap. Statutum S. Notarium. n. 321.
& 322. de Rescriptis in 6. ubi hunc Notarii excessum
appellat crimen *concessionis*, seu *extorsionis*, & sequit-
ur Monacell. tom. 1. tit. 1. form. 5. n. 9. & alii passim.
Scripturæ, & instrumenta, quæ conficiuntur, & ro-
gantur à cancellario Episcopi, tamquam cancellario, ser-
vari debent in Episcopi cancellaria, non autem transferri de-

que el Consejo mande se execute lo conveniente. *Concor-
dat. ann. 1737. art. 21.* Que por lo que mira á la instan-
cia que se ha hecho, sobre que las costas y esportulas
en los juicios del tribunal de la Nunciatura, se reduz-
can al arancel, que en los tribunales reales se practican;
Reg. Sched. 23. Jun. 1778. §. 4. Los tribunales eclesias-
ticos conforme á las leyes del reyno observarán el arancel
real, no solo en Castilla, sino en toda la corona de
Aragon, salvo donde tengan arancel particular visto,
examinado y aprobado por el mi Consejo: *Remis. 1.
tit. 18. lib. 1. Ind.* Que los Prelados y Ministros ecle-
siásticos guarden los aranceles conforme á derecho de
estos reynos de Castilla. *L. 43. tit. 7. ejusd.* Rogamos y
encargamos á los Prelados de nuestras Indias, que den
las órdenes necesarias á sus Provisores y Notarios, y
otros qualesquier Ministros, Curas, Beneficiados, y Cle-
rigos, sobre que guarden lo dispuesto por el Santo Con-
cilio de Trento, y señalado por aranceles en la cobranza
de los derechos de dimissorias, titulos, y otros despachos
en los entierros: *Vid. verb. Notarius.*

C

debet ad archivum Communitatis, *tom. 4. consub. 210. num. 3.* "Nos Scipio S. R. Eccles. Presbyter Cardinalis S. Susanae fidem facimus, & attestamus, in registro literarum Sacrae Congregationis Concilii extare literas ad Vicarium Peruvianum una cum libello infascripti tenoris, videlicet: Admodum R. D. Cum a sum esset in Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum de asseratione scripturarum fori Episcopalis civitatis Castellae inter Episcopum, & Com-

munitatem ejus civitatis, Sacra Congregatio auditis partibus censuit, scripturas omnes rogatas, à cancellario Episcopali, tamquam illius curiae cancellario, esse asserandas, & custodiendas in cancellaria ipsius Episcopi, & ne in ejusmodi scripturarum separatione oriantur controversiae, & scandala, tibi, quod facimus, committendum duxit, ut illic te transferas, & scripturas in foro his literis adjuncto exaratas, ac si quae aliae rogatae fuerint, à cancellario Episcopali, tamquam illius curiae cancellario, separas à scripturis archivi Communitatis, & ad cancellariam ipsius Episcopi deferendas cures. Quod pro tua diligentia sedulo efficies, & bene valebis in Domino. Romae 19. Septembris 1625." Et exinde enumeratis omnibus scripturis pertinentibus ad curiam episcopalem, sic praecise respondit: "Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, scripturas expressas, ac si quae aliae rogatae fuerint, à cancellario Episcopali, tamquam cancellario illius curiae, esse asserandas in cancellaria ipsius Episcopi. Romae 15. Novembris 1625." Vid. apud Pignatell. *loc. cit. n. 4.*

Illic se offert, quod, cum Cancellaria ab ipsomet auctore in additionibus novissimis, pro loco, ubi acta scribuntur judiciaria, accipitur: triumque ad occurrentia tribunali ecclesiastico negotia expedienda Cancellariorum hodie sit facta discretio, videlicet, Majorum, Ordinariorum, & de Numero vulgo de Asiento: ultimam sedem occupantes, praescriptis requisitis, fiat de Notaria de los Reynos, ac examine ad titulum Regiorum Tabellionum consequendo non destituit, possunt in utroque foro versari: valenque per consequens inter ecclesiasticas, & laicas personas instrumenta conficere, dum habilitas, ex parte jurisdictionis ecclesiasticae per nominationem ab eadem factam, & secularis per Fiat obtentionem, Supremique Consilii titulum, ut supra advertitur, atque approbationem, ad utrumque praenotetur (1).

Nihil pertractabitur circa locum, quo debent custodiri: siquidem Illustrissimi, ac Religiosissimi Antistites non poterunt quin in scripturarum, & processuum securitate omnem adhibere diligentiam; dumtaxat recordabitur, quid circa hoc in seculari foro Hispaniae leges determinent.

Præterquamquod cavetur, ne similes Cancellarii in conficiendis instrumentis solemnitates jure patrio stabilitas effugiant (2); praevenerit notatum, protocollum, subscriptione partium interveniente, esse retinendum (3); dantur variae causae, aut casus in quibus valent auctoritatem prestare, si inter laicas personas, seu de rebus ad regiam jurisdictionem attentibus, scriptura signata non fuerit (4).

Semper quod evitetur amissio, atque earum extractio, insuperhabebitur locus, ubi à Praelatis deponi jubetur, praecipue cum Notarios vulgo de Diligencias, sit decretum, quumcumque papyrum per eos actitatum, ad forum ecclesiasticum concernentem, non alia de causa quam pro custodia, tradere majoribus teneri (5).

Est animadvertendum, Notarios lingua Hispana de Asiento duplici, quamvis una videatur, operiri qualitate, eo quod utriusque assistentia, ut manus suam in dicto foro ecclesiastico adimpleant, per necesse requiritur (6): idem, dum in casibus permixtis Tabellionis regii utitur qualitate, non est cur se ingerat iudex ecclesiasticus ad instrumentorum conservationem, per eos sub tali qualitate signatorum; nam super hoc, ceterisque in foro seculari versantibus satis determinatum existit; nullum lapidem Reges Catholici non moverunt, ut omnes chartae, scripturae, seu instrumenta à publicis Tabellionibus subscripta suam securitatem, & custodiam retinerent, & quando eisdem partes indigerent, praesto essent.

Circa Tabelliones regios vulgo *Escribanos Reales* sub quorum nomine, si in rebus secularibus procedunt, Notarii de Asiento intelliguntur; statim ac eorum mors sine successore, absentia, aut registorum vacatio obvenit, à personis ad hunc finem nominatis fiet receptus, & praevio chartarum inventario confecto, situ collocabuntur tuto: cum obligatione in exercente, juratam relationem singulis annis tradendi omnium ab ipsismet ob-signatarum (7); quibus non sufficientibus, ut praedictum ex iactura earundem dimanans amoveretur, praesertim in

(1) Vid. id.

(2) Vid. proxima. L. 39. tit. 25. lib. 4. Ibi: E Notarios Apostólicos, y los de los Adelantamientos, y todas las demas personas que tuvieren y usaren oficios, así en propiedad, como por nombramiento, de cualesquiera nuestros Jueces ordinarios: que tienen por las leyes de estos Reynos obligacion de asentar los derechos: lo pongan clara y distintamente:

(3) L. 32. tit. 3. lib. 1. Ibi: Mandamos, que los Notarios eclesiásticos no den escrituras signadas, salvo de la forma que las dan los Escribanos públicos de nuestros Reynos, dexando otro tanto como dan, signado por registro, firmado de cada una de las partes conforme á la ley: L. 12. tit. 25. lib. 4. Mandamos á todos los Escribanos del número, y Escribanos y Notarios públicos de nuestros Reynos que siguen los registros de las escrituras y contratos que hicieron, y ante ellos pasaren: y mandamos que tengan á buen recaudo los dichos registros cosidos:

(4) L. 19. ejusd. Ibi: Que sobre las cosas pertenecientes á nuestra jurisdiccion real, y sobre contratos y escrituras fechas entre legos no se otorgasen, ni pasasen, ni se hiciesen ante Notarios Apostólicos de las iglesias, salvo solamente aquellas cosas que fuesen de las iglesias, y perteneciesen á ellas; y mandó, que los Notarios no pudiesen dar fe de lo susodicho entre legos, ni sobre cosas pertenecientes á la jurisdiccion real y temporal; y que si de hecho se hiciesen, no valiesen; que por virtud de ellas no se pudiese pedir execucion, ni adquirir derecho alguno á ninguna de las partes: y porque la dicha ley cumple á nuestro servicio se guarde, mandamos: la guarden, cumplan y executen.

(5) L. 49. ejusd. §. 5. Ibi: Que se les imponga la obligacion de entregar á los Notarios mayores los papeles que actúen para su custodia.

(6) Vid. verb. Notarius.

(7) L. 38. ejusd. §. 1. Quando acaesciere que algun Escribano real muriere sin dexar sucesor en otro oficio que haya tenido de papeles, y por su muerte vacaren los registros de las escrituras que ante él ovieren pasado, y otorgados, en tal caso todos los dichos registros, se entreguen por inventario si muriere en esta nuestra Corte, ó en las nuestras Chancillerias, á la persona que de suso será nombrada: y si muriere en otro qualquier lugar fuera de las cinco leguas, los dichos registros se entreguen al Escribano del Concejo del tal lugar, villa ó ciudad; y faltando Escribano del Concejo, al Escribano del número que allí oviere: cada uno de los quales reciban y tomen los dichos registros y escrituras por inventario, y con distincion de años y personas, y partes, y las tengan en toda buena guarda y custodia: §. 2. Para mejor cumplimiento de lo susodicho la justicia: dó el tal Escribano real fuere muerto, de oficio, ó á pedimento de parte, luego como viniere á su noticia la tal muerte, vaya á casa del tal Escribano para que en su presencia se pongan en recaudo todos los dichos registros y notas, y otras escrituras que hallaren haber vacado, y quedar del dicho Escribano real, y las entreguen por el dicho inventario en su presencia á la persona ó personas de suso referidas para el dicho efecto: §. 3. Ibi: Y la misma orden se guarde en caso que por culpas ó delitos, judicial y definitivamente por executoria ó sentencia pasada en cosa juzgada, ó por la parte consentida, el tal Escribano fuere privado ó suspendido del tal oficio de Escribano real: §. 4. Ibi: Sean obligados al fin de cada un año á dar relacion jurada cierta y verdadera con distincion de nombres, de partes, persona, y dias, y sumario breve de las escrituras que ante ellos ovieren sido otorgados en tal año: §.

in hac madridensi curia, ne hujusmodi distractio contingeret, anno M.D.CCLXV. monumentorum publicorum receptaculum, in quo omnia reconderentur, praemanibus ab hisce Tabellionibus, qualibet persona particulari, confraternitibus, alivise habita, fuit erectum: insuperque primum locum obtinentibus, quovis mense Januarii, exacte relationis de ceteris intra annum extensis (quod in praxi omnes Tabelliones, Regios, aut Numerarios comprehendit) traditio demandatur (1). Circa eos vulgo de Concejo, Ayuntamiento &c. sunt Iudices in obligatione constituti, postquam suspensi, aut mortui pro certo habeantur, comum eorum occurrendi, inventarium conficiendi, atque usquequo successor, cui sub eodem reportorio tradi est necesse, se praesentaverit, dicta instrumenta custodiendi (2): in quorum majorem securitatem, si interesse putantes in communis archivio includere extractum intenderint, denegari nequit (3).

Ad officinas superiorum tribunalium regia voluntas se extendit, omnesque amplectitur; vasallus consulendi cupiditas in causa fuit, ut ex ministris nominaretur unus, non tantum inquirens, an ordinationes formulam praescribentes, quantum ad usus literarumque publicarum custodiam pertinentem, executionem sint consequute: verum etiam, quod si in debito statu reperiantur, ad Senticensem Archivium, sermone Hispanico de *Samanca*, debent remitti (4); hinc patet extra casus, in quibus dicti Cancellarii, aut Notarii, ut tales procedunt, nulla immixtio erga instrumentorum securitatem à jurisdictione ecclesiastica est in effectum perducenda.

Quinimo potest Episcopus per edictum praecipuum facere aliis Notariis, quod exhibere debeant in cancellaria episcopali acta, seu rogatus, illorumque exemplaria spectantia ad monasteria monialium. Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in una *Eugubina* 31. Januar. 1596.

Cancellarius Episcopalis, etiam si laicus, gaudet privilegio fori, & exemptione ab oneribus personalibus, praesertim sordidis. Sac. Cong. Immunit. in *Cervien.* 17. Dec. 1630. in *Beneventana* 21. Jan. 1631. in *Aquinate.* 27. Junii 1649. Quamvis extra diocesim delinquat, adhuc gaudet privilegio fori. Intellige tamen dummodo

tempore incarcerationis actualiter inserriat. Ead. Sac. Congreg. in *Sarzanen.* 3. Apr. 1626. ex *regist. script. art. pag. 100.* Hinc Cancellarius Episcopi, & alii de ejus familia sine Episcopi licentia non sunt molestandi pro custodia portae civitatis. Ead. Sac. Congreg. in *Pisaur.* 22. Junii 1630. lib. 2. decret. Paul. pag. 51. Cancellarius curiae, & mense episcopalis, qui non vivit expensis episcopi, seu non est ejus comensalis, gaudet quidem privilegio fori, & exemptione à personalibus; sed non eximitur ab oneribus realibus, & mixti, nisi concurrat legitima consuetudo ad ejus favorem. Ead. Sac. Cong. in *Montis Regalis* 7. Sept. 1638. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 75. in *Aquinate.* 23. Junii 1648. lib. 4. decret. Pauluc. pag. 59. in *Foresempron.* 28. Aprilis 1671. lib. primo Decret. *Altovisi* pag. 546.

Cancellarius foraneus Archiepiscopi gaudet privilegio fori. Sac. Congr. Immunit. in *Firmana* 13. Januar. 1632. lib. 1. Decret. Paul. p. 67. Idem decretum fuit de cancellario Abbatis. Ead. Sac. Congreg. in una *Nullius S. Marie de Balneo* 15. Junii 1638. lib. 3. Decret. Pauluc. pag. 64. Cancellarius foraneus curiae episcopalis admittendus est ad magistratum secularem, ne libertas eccle-

in hac madridensi curia, ne hujusmodi distractio contingeret, anno M.D.CCLXV. monumentorum publicorum receptaculum, in quo omnia reconderentur, praemanibus ab hisce Tabellionibus, qualibet persona particulari, confraternitibus, alivise habita, fuit erectum: insuperque primum locum obtinentibus, quovis mense Januarii, exacte relationis de ceteris intra annum extensis (quod in praxi omnes Tabelliones, Regios, aut Numerarios comprehendit) traditio demandatur (1). Circa eos vulgo de Concejo, Ayuntamiento &c. sunt Iudices in obligatione constituti, postquam suspensi, aut mortui pro certo habeantur, comum eorum occurrendi, inventarium conficiendi, atque usquequo successor, cui sub eodem reportorio tradi est necesse, se praesentaverit, dicta instrumenta custodiendi (2): in quorum majorem securitatem, si interesse putantes in communis archivio includere extractum intenderint, denegari nequit (3).

Ad officinas superiorum tribunalium regia voluntas se extendit, omnesque amplectitur; vasallus consulendi cupiditas in causa fuit, ut ex ministris nominaretur unus, non tantum inquirens, an ordinationes formulam praescribentes, quantum ad usus literarumque publicarum custodiam pertinentem, executionem sint consequute: verum etiam, quod si in debito statu reperiantur, ad Senticensem Archivium, sermone Hispanico de *Samanca*, debent remitti (4); hinc patet extra casus, in quibus dicti Cancellarii, aut Notarii, ut tales procedunt, nulla immixtio erga instrumentorum securitatem à jurisdictione ecclesiastica est in effectum perducenda.

(1) *Bann.* 27. Septemb. 1765. Mandan los Señores del Real y Supremo Consejo, y en su nombre, y por virtud de especial comision el Señor Don Pedro Joseph Perez Valiente, Caballero del Orden de Calatrava, del Consejo de S. M. su Fiscal de la Real Junta de Comercio, Moneda y Minas, Teniente Corregidor de esta Villa: Que en conformidad de lo prevenido sobre ereccion de archivo general de los protocolos y demas papeles de Escribanos, y real titulo despachado á favor de Don Vicente Garcia Trio, y para que integra y efectivamente tenga efecto tan util establecimiento: Todos los Escribanos reales, personas particulares, cofradias, y otros qualesquier que no hayan entregado, y tengan aun en su poder protocolos de escrituras, y demas papeles de otros Escribanos, los pongan en el citado archivo general que por ahora se halla establecido en la plazuela que llaman de los Caños del Peral, en el término de un mes perentorio contado desde esta fecha, baxo de la multa de cien ducados de vellon que se exigiran á su costa, con apremio á cada uno de los inobedientes, pasado que sea sin haberlo cumplido, aplicados á arbitrio de los mismos Señores del Consejo: Y que todos los referidos Escribanos reales vivientes en el siguiente mes de Enero del año próximo de 1766. pasen al nominado archivo relaciones juradas, ó testimonios de quantos instrumentos ante ellos se hayan otorgado respectivamente hasta fin del presente año, con distincion de todos, y expresion suficiente de las partes, dia, mes y año, y calidad del instrumento, jurando y dando fe al final de las tales relaciones, si tienen, ó les han quedado protocolos de otros Escribanos, y si los tienen, al tiempo de el establecimiento del archivo, ó despues, sin haberlos puesto en el, expresen á quien los han entregado; y no cumpliendo con lo referido en el mes señalado, han de quedar suspensos en el exercicio de sus oficios hasta que lo practiquen, continuando anualmente en pasar al propio archivo igual relacion ó testimonio en el mes de Enero de cada año de los demás instrumentos que ante

ellos se fuesen otorgando, respecto de haberlos de retener en sí hasta su fallecimiento, ausencia, y privacion ó suspension; y que cesando por qualquiera de estas causas, han de recaer en el archivo. Todo con arreglo á lo resuelto en el asunto; y para su notoriedad, y que no se alegue ignorancia, de expresa orden de los Señores del referido Consejo, se manda publicar por este para su efectivo cumplimiento:

(2) L. 24. tit. 25. lib. 4. Ibi: Y si fuere de los otros nuestros Escribanos del Gobernador, y Alcaldes mayores del Reyno de Galicia, ó Escribanos públicos de las dichas ciudades, villas y lugares, dó el tal Escribano fuere muerto ó privado, vayan luego á casa del tal Escribano, y por ante el Escribano del Concejo de la tal ciudad, villa ó lugar pongan en recaudo todas las notas y registros, y otras escrituras que hallaren del tal Escribano, y las hagan juntar y sellar con un sello, y las pongan en lugar donde estén juntas y bien guardadas que no se pierdan, ni se pueda hacer engaño ni falsedad en ellas, y despues las den y entreguen al Escribano que sucediere en el Oficio:

(3) L. 34. ejusd. Ibi: Y asimismo mandamos, que de todas las escrituras se ponga y deposite un traslado autentico en los archivos de cada ciudad, villa ó lugar, pidiendole alguna de las partes:

(4) *Reg. Decret.* 20. Januar. 1717. Ibi: He ordenado entre otras cosas, para que se corrigiesen los abusos introducidos en los tribunales, contra la pura y recta observancia de las leyes del Reyno, se examinasen, y vieses por cada uno de los Consejos, las cosas dignas de reparo y enmienda, y que por el Consejo de Castilla se comunicasen las ordenes á las Chancillerias y demas tribunales de su dependencia, para que con sus informes en lo que pareciese al Consejo, pudiese resolver lo mas conveniente. He entendido, que habiendo pasado mas de un año desde esta resolucion, y estando los informes de las Chancillerias muchos meses ha en la Secretaria del Consejo, no se ha vuelto á tratar de esta del

clesiastica præjudicetur, ita tamen, ut quoad pertinentia ad officium magistratus non gaudeat privilegio fori. *Ead. Congr. in Laurentana 14. Maji 1677. l. 1. Decret. Aliviti. pag. 1098. in Tudertina 14. Maji 1676. ibi pag. 1252.*

30 Cancellarius Vicarii Foranei gaudet tantum privilegio fori. *Ead. Sac. Congr. in Senogalliens. 29. Aug. 1630. lib. 1. Dec. Paul. pag. 55. in Asina 7. Augusti 1657. lib. Decret. Rocci pag. 21. in Urbevetana 8. Apr. 1687. lib. Decret. Marti. pag. 663. In Imolen. 19. April. 1695. lib. 1. Decret. Vallim. pag. 183.*

31 Cancellarius S. Officii censuratus ob recognitionem cadaveris factam in loco immuni, cassata dicta recognitione, absolvitur; Sac. Cong. Immun. in *Narn. 7. Martii 1678. lib. 1. Decret. Aliviti. pag. 1577.* Cancellarius, & alii Officiales curiæ laicalis facientes recognitionem corporis cadaveris præcipitati in puteo cortilis contigui habitationi Vicarii Generalis, non incurrunt in excommunicationem, attento quod Vicarius dixerit talem recognitionem non spectare ad ipsum, sed ad curiam laicalem. *Sac. Congreg. Immunit. in Albanen. 24. Aug. 1694. lib. 1. Decret. Vallim. p. 140.*

32 Cancellaria apostolica, an & quomodo possit supplere in literis apostolicis id quod est omissum in supplicatione, tradit Rigant. in *regul. 27. Cancellar. numer. 76. & plur. seq.*

34 Idem Auctor in *Regno 72. per. per tot. docet* quoque, in quibus cancellaria apostolica possit literas apostolicas corrigere. *¶*

35 Cancellaria, vox barbara, usurpata olim est pro loco, ubi publice literæ a scribis principum & magistratum conficiuntur. Hinc cancellarius juxta Budæum dicitur

Regia stante determinatione (1) circa qualitates, interesse debentes, ut Clerici in minoribus ordinibus constituti fori gaudeant privilegio, animadversa eodem tempore declaratione (2), qua manet decisum, Episcopi, & aliorum Prælatorum familiares, dicto privilegio haud potiri: consentaneum est asserere, Cancellarios, aliosque de eorum familia exemptionem non competere, ut à seculari potestate immunes considerentur; quamvis liberis ab oneribus personalibus intelligi queant, ne similibus detenti operationibus à servitio Episcoporum, & republico exercitio divertantur, ac litium expeditione retrahantur; quapropter nullum adest impedimentum, ut officia republice obtineant, prout Auctor asserit, cum solum in ordinibus constituti horum obtentio interdicitur, interea quod fori privilegio frui possint (3); sic præpensis verbis dispositionibus, demonstrari videtur.

pendencia, sin embargo de tener por otras partes entendido, que los referidos informes contienen muchas cosas que piden eficacia y pronto remedio. Hago especial encargo que sin la menor dilacion den puntual cumplimiento a lo que tengo mandado y resultado en este particular el año próximo pasado, y deseando ocurrir a los perjuicios que se han seguido a mis vasallos en la perdida y menoscabos y extravios de papeles, así tocantes a Secretarias, como a Escribanias de Cámara de los Consejos: He resuelto nombrar, como en efecto nombraré, Ministros de mi satisfaccion, para que no solo reconozcan si en ellas se han observado todas las leyes y ordenanzas que previenen la forma en que se han de tener los papeles para su puntual manejo, guarda y custodia; si tambien para que en conformidad de lo dispuesto, se lleven los papeles, así de las Secretarias, como de las Escribanias de Cámara, al archivo de Simancas, que con tanto acuerdo se fundo para que por ningun accidente se perdiesen; ni extraviasen papeles de tanta importancia, por hallarme informado que en ello ha habido sumo descuido, el que ha producido con la multitud la perdida de infinitos papeles, con gran perjuicio mio y de mis vasallos; y fenechida que sea esta visita y remision de papeles al archivo de Simancas, mando, que por los Presidentes y Gobernadores de mis Consejos se nombre un Ministro del mismo Consejo, que en fin de cada año visite la Secretaria, ó Secretarias de aquel Consejo, para que siempre estén en la regla y observancia que está prevenida, y lo mismo se executará con las Escribanias de Cámara. Asimismo he resuelto, que los papeles de la Secretaria de Italia y Flandes se lleven al archivo de Simancas, precediendo para esto la mayor puntualidad en la expresion de los Inventarios, para que en todos tiempos conste los que alli se han remitido. Tendrase entendido en el Consejo para su cumplimiento, en la parte que le toca. *Reg. Pro-*

batur, cujus eæ primæ erant partes videre ut nulla principis constituto, nulla sanctio, nullum rescriptum, nulli codicilli regii, è republica atque etiam à dignitate reipublice principalique non exeant. Legitur quoque in ecclesiis cathedralibus jam pridem munus cancellarii fuisse, sigilla ad causas & negotia conferre, literas capituli facere & consignare. (*Vid. arr. 1. verb. Beneficium, p. 303. vers. Præterit.*) In jure vero canonico, cancellaria accipitur pro loco, ubi acta judiciaria scribuntur; & qui præest, cancellarius dicitur, cujus officium valde antiquum in ecclesia esse probat Cohellus in *Notitia Card. cap. 16. & 20.* Licet autem cancellarius apud Veteres Scriptores acciperetur pro Notario, qui inter cancellos consistens judicium literas, responsa, & edicta scribebat, tamen in jure novo frequenter accipitur pro dignitate ecclesiastica. Quando cancellarii munus ad eum pervenerit eminentiam & prærogativam, in qua hodie in Romana Curia conspicitur, non omnino constat. Ejus tamen originem discutientes tradunt post tempora Innocentii III. inventam & erectam fuisse. Cancellarii munus tunc exercisse constat privatæ sortis homines, sed probitate & eruditione spectatissimos. Progressu temporis sub Bonifacio VIII. dignitatem cancellarii uni ex Cardinalibus tributam, indubitatum est. Cardinalis eum munere fungens non dicitur Cancellarius, sed Vice-Cancellarius. Creditur verisimilium Cardinalis de Luca, sic dici cepisse, cum dignitatis Cardenalitatis ad tantum fastigium elevata est, ut non videretur dignitati Cardinalitatis congruere assumere officium inferius sive prælativum, quod tamen provisionaliter, seu jure ejusdem commendationis per Cardinalem administrari non sit incongruum quemadmodum &

vis. 5. *Sept. 1767. l. 1. l. 1. l. 1. l. 1.* Observense los citados reales decretos de 20. de Enero, y 12. de Febrero de 1777. à cuyo efecto se libre la provision circular correspondiente, con insercion de este auto, y explicados decretos reales: (1) *L. 1. l. 1. l. 1. l. 1.* Porque en el Santo Concilio de Trento, en el capitulo seis, está ordenado y dispuesto, que los Clerigos de corona, y de las otras menores órdenes, no gocen del privilegio del fuero en las causas criminales, si no tuvieren beneficio eclesiástico, ó si no sirvieren actualmente en algun ministerio de alguna iglesia de mandamiento del Obispo, ó si no estuvieren estudiando actualmente en algunas escuelas, ó universidad aprobada con licencia del Obispo; como en camino para tomar las mayores Órdenes, y juntamente con qualquiera de estas calidades traxere hábito y tonsura clerical, y que los casados para gozar del privilegio del fuero hayan de servir actualmente en algun ministerio de la iglesia, siendo diputados por el Obispo para ello, y hayan de traer tonsura y hábito clerical, ordenamos y mandamos, que aquello se cumpla y guarden: (2) *Remit. 27. quod. l. 1.* Los familiares de los Obispos, y otros Prelados no gozan del privilegio del fuero: Cédula de los Señores Reyes Don Fernando, y Doña Isabel en las Ordenanzas de Valladolid. *Rem. 15. l. 1. l. 1.* Los familiares de los Obispos no gozan del privilegio del fuero. (3) *L. 3. l. 1. l. 1. l. 1.* Pero que los Clerigos de menores órdenes que hubieren reclamado la Corona, ó por razon de ella hubiesen declinado la jurisdiccion de los jueces seculares, aunque no obtengan sentencia, ni lleque el negocio de ella à lo que conforme al dicho Concilio de Trento, y à lo dispuesto por las leyes antes de esta, debieren gozar del privilegio del fuero, y por el tiempo que pudieran gozar de él, que no puedan tener, ni tengan los dichos oficios, agora sean casados ó solteros.

in muncere Datarii praxis docet. Vice-Cancellarius habet fixum titulum Cardinalitium, scilicet ecclesie collegiate S. Laurentii in Damaso. Primaria & majora Sedes Apostolice negotia, publica & solemnia, quia sunt Consistorialia, per Vice-Cancellarii manus transeunt, adeo ut si dicendus sit cum quadam proportione Cancellarius Papæ. Plures habet Vice-Cancellarii officiales, quos inter primarius est ille qui Cancellaria Regens dicitur, qui revidet bullas expeditas & promulgatas, & si quis error irreperit, eum corrigit. Ceteri Vice-Cancellarii Officiales Prælatum annexam habentes sunt Præsidentes de majori, vel minori Parco, ita dicti à loco Cancellariæ, in quem conveniunt, qui vulgo *Parcus* dicitur. Prælati de majori Parco Cancellaria quoddam quasi tribunal constituunt, in quod collegialiter convenientes decidunt dubia, quæ oriri contingit super literarum formula, vel clausulis & decretis in eis adficiendis, ac etiam super emolumentorum sive jurium solutionibus. Prælati de minori Parco Cancellariæ exiguum habent jurisdictionem, in id unum intendentes, ut bullæ ferantur & tradantur Prælati de majori Parco. Scriptores, & Abbreviatores, alique expediendis in Cancellaria Romana literis præpositi omnes participant in juribus illis & emolumentis, quæ taxæ Cancellariæ Apostolicæ communiter dicuntur. Horum jurium auctorem fuisse Joannem XXII. patet ex ejus Extravagante quæ incipit *Cum ad Sacrosancta*. Habet Vice-Cancellarius sive Cancellaria quoddam à Pontificibus Regulas, juxta quas ipse Vice-Cancellarius, ejusque Officiales negotia ad Cancellariam spectantia nec non literas necessarias gerere & expedire debent, quæ propterea regulæ cancellariæ vocantur. Hæ regulæ perpetuæ non sunt, sed morte Pontificis extinguuntur. Ideo singuli Pontifices altero suo assumptionis die eas de novo evulgant, idque nonnumquam novis regulis addit, vel antiquas immutat, vel etiam subinde aliquibus expunctis & omissis. Regula Cancellariæ juri novissimo merito accensetur; nulla enim in Decretalibus Gregorii IX. aliusque collectionibus corpori canonico inclusis, earum mentio occurrit. Competentem est primitus, & usque ad tempora Nicolai V. regulas cancellariæ unice penè respexisse formam expedientiæ literas & judicium in cancellaria reddenda: sed quemadmodum progressu temporis hæ regulæ à Romanis Pontificibus sensim, & diversimode auctæ fuerunt, ita ad eum statum sunt perductæ, ut etiam ad reservationes beneficiorum similesque materias extra cancellariam se tandem extendant. Hæ regulæ cancellariæ juxta indubitatum & notorium praxim nihilominus non habentur ut leges generales, mox ut in Cancellaria Romana stylo curiæ consueto fuerint publicatæ; sed omnis earum obligandi efficacia desumenda est ab eorum in aliis provinciis & regnis receptione & regio placito. (*Vid. in add. hisp. verb. Alternativa, vers. Præterit: verb. Confraternitas, vers. Antequam: per tot. verb. Notarius, vers. Ad cognoscendum: prop. fin. verb. Oratorium, ac verb. Sedens vacans, vers. Constans est.*) Hinc notorium est in una provincia plurimum, in alia pauciorum istarum regularum cancellariæ usum esse. Et utinam nullius roboris vel momenti ubique forent que judiciorum aut disciplinæ normam in regnis stabilitam inveterare, aut juri Principum & Ordinariorum derogare, vel solum commodum Curie Romane spectare satis aperte noscuntur. ***

CANDELA.

SUMMARIUM. Candelarum benedictio in die Purificationis B. M. V. & earum dispensatio inter parochiales functiones connumerantur, ac proinde ad proprios Parochos spectant. Ipsarum tamen candelarum benedictio, & distributio potest regulariter fieri in omnibus etiam ecclesiis collegiatis, tam secularibus, quam regularibus. Candelas benedictas in die Purificationis B. M. V. ad aedes secularium Parochi transmitti non debent, sed

juxta laudabilem, & observatam ab ecclesia universali consuetudinem, in ecclesia populus eas recipere tenetur. 4. Benedictio, & distributio Candelarum, Cinerum, & Palmarum absente, vel impedito Episcopo, pertinet non ad Hebdomadariam, sed ad primam Dignitatem. 5. In iis, & similibus actionibus quæ facultas Episcopo, ad n. 12. 13. Quæ præcipientia in eisdem Vicario generali, ad n. 16. 17. Quomodo candelæ distribuendæ, & quid juris sit cum Parocho deus Regularium concursus, ad n. 19. 20. Quæ observantia circa eas in associatione & cadaveris tumulatione. 21. Supplemente Auctoris inseruntur, ad n. 25. 26. Novissime Additiones, ad n. 30.

CANDELARUM benedictio in die Purificationis B. M. Virginis, & earum dispensatio inter parochiales functiones connumerantur, ac proinde ad proprios Parochos spectant. Sac. Congreg. Rit. in *Allatrina 5. Martii 1633.* Ipsarum tamen candelarum benedictio, & distributio potest regulariter fieri in omnibus etiam ecclesiis collegiatis, tam secularibus, quam regularibus. Sac. Cong. Rit. in *Ostien. Curia 28. Aprilis 1607.* Candelas benedictas in die Purificationis B. Virginis ad aedes secularium Parochi transmitti non debent; sed juxta laudabilem, & observatam ab ecclesia universali consuetudinem, in ecclesia populus eas recipere tenetur; Sac. Cong. Episcop. & Regul. in *Fulginate. 31. Januarii 1581. in Tridentin. 26. Martii 1585. in Castriduranti. 9. Jan. 1587. & in Spoletana 14. Januarii 1633.* Benedictio, & distributio candelarum, cinerum, & palmarum absente, vel impedito Episcopo, pertinet non ad hebdomadariam, sed ad primam dignitatem; S. C. in *Pisaurien. 12. Martii 1609.* Episcopus non debet prætermittere dare candelas in die Purificationis B. M. V. & non debent recipi de manu syndicatorum, vel aliorum laicorum, sed Episcopi. Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Hortunen. 22. Jan. 1577. & in Hieracen. 22. Januarii 1577. & 10. Jan. 1653.* Ideoque provideat Episcopus expensis propriis de quantitate cereæ pro congrua distributione, juxta solitum, eadem Sac. Cong. in *Nicoterna 1. April. 1597.* Nec gravet Parochos pro aliqua insolita contributione. *Ead. Sac. Cong. in Hieracen. 15. Jan. 1558.* Ubi tamen facultates ecclesie non suppetunt, datur facultas Episcopo diminuendi solitum pondus. *Ead. Sac. Congr. in Adriem. 12. Martii 1624.* Candella benedicta debet Episcopo ministrari à prima dignitate; Sac. Cong. Rit. in *Brixien. 28. Mart. 1616.* Et candelam ab Episcopo accipere debet ante omnes, etiam ante Vicarium ille, qui candelam Episcopo ministravit; eadem Sacra Cong. in *Lucerina 15. Julii 1608.* Et iterum eadem Sac. Cong. in *causa S. Marci 5. Martii 1633.* censuit, quod Episcopo distribuite candelas, cineres, & palmas, præferendus est ille, à quo Episcopus prædicta recepit, postea dignitates, & canonicis sacris vestibus induti, & ante omnes Vicarius Generalis. Et eadem Sacra Congr. in *Vulturna Terra Gualli 5. Martii 1633.* declaravit, quod in distributione candelarum, cinerum, palmarum, & similitum supra omnes alios, etiam supra Vicarium Generalem, præferenda est illa dignitas, vel Canonicus, à quo celebrans recepit candelam, cinerem, palmam, & similia, postquam immediate Vicarius Generalis in præmissis omnibus antependens est. Candela, & palmæ dantur Vicario Generali ante Canonicos, & per dignitates, exceptis iis, qui cum paramentis assistunt Episcopo in Sede Pontificali existenti; Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Birintanen. 16. Maii 1600.* Nam hujusmodi parati præcedunt Vicario Generali, non obstante consuetudine in contrarium, ut resolvit Sac. Rit. Congreg. in *una Laurentana 6. Septembr. 1603. in Alexandrina 15. Martii 1607. in Casalensi 5. Julii 1614. & in alia Casalensi 25. Septembris 1621.* ubi resolutum fuit: præcedentiam competere dignitatibus, & Canonicis paratis supra Vicarium Generalem, neque allegatam consuetudinem, immo verius abusum, illi suffragari. Et tunc sunt thurificandi ante Vicarium; eadem Sac.

CANDELA.

SUMMARIUM. Candelarum benedictio in die Purificationis B. M. V. & earum dispensatio inter parochiales functiones connumerantur, ac proinde ad proprios Parochos spectant. Ipsarum tamen candelarum benedictio, & distributio potest regulariter fieri in omnibus etiam ecclesiis collegiatis, tam secularibus, quam regularibus. Candelas benedictas in die Purificationis B. M. V. ad aedes secularium Parochi transmitti non debent, sed

Sacr. Congr. in Egitanensi 3. Augusti 1602. & in Tiburina 6. Martii 1610. Nec candelæ quatuor accendi, nec duo Capellani assistere debent ad missam Vicarii Generalis; Sac. Rit. Cong. 7. Augusti 1627. Candelas qui distribuit, detecto capite distribuere debet. Sac. Rit. Congreg. 18. Julii 1656. Qui autem habet privilegium gestandi mitram, eas distribuit tando cum mitra in capite. Eadem Sac. Congr. 18. Feb. 1650.

18 Candelæ in missa sunt accendendæ, nec ante finem missæ sunt extinguendæ, cap. Literas 14. de celebrat. Missar. Candelæ, quæ inserviunt pro missa, & aliis divinis, non sint tam parvæ magnitudinis, quæ non deceat Majestatem Divinam. Concil. Mediolanen. l. p. 2. tit. Communia ratione Divinorum Officiorum, ibi: "Candelæ, & Cerei in Missa & aliis Divinis Officiis ea exiguitate ne adhibeantur, quæ in tanto mysterio deceat, & adstantibus offensionem afferre possit." Parochis ad funus interventibus, sive associatis, sive non ab aliis Canonici ejusdem parochiæ, distribui non debet candelæ major illa, quæ datur superiori regularium associato ab aliis fratribus; Sac. Congr. Regular. in Novarien. Funerum 15. Martii 1704. ubi pro oppido Varalli propositis variis dubiis, tertium erat: An Parochis intervenientibus, sive associatis, sive non ab aliis Canonici ejusdem parochiæ, distribui debeat candelæ major illa, quæ datur superiori regularium, associato ab aliis fratribus. Et fuit responsum: Ad 3. Negative apud Monacell. part. 2. tit. 13. formul. 1. sub num. 92. Et differentiam quantitatis candelarum pendere ab arbitrio heredum, aut aliorum distribui mandatum, decrevit Sac. Cong. Episcop. & Regul. in Cassanen. 3. Maji 1617. & in Placentina 16. Dec. 1661. referentibus D. Ursaya, tit. 1. p. 2. discept. 15. num. 23. Panimol. dec. 1. annot. 10. n. 20. Mathæucc. Offic. Cur. cap. 20. n. 4.

19 Candelæ eadem accensæ in associatione cadaveris deservire possunt, stante consuetudine etiam in ejus tumulatione. Sic Sac. Congr. Concil. in Tiburina 12. Maji 1685. in responsione ad 5. dubium conceptum his verbis: Quartæ. An servanda sit consuetudo, quod in funeralibus eadem facule, seu intortitia, quæ fuerint accensæ in associatione cadaveris, deserviant, & reaccendantur circa feretrum in ecclesia, in qua sepeliendum est cadaver? Ad quartum: Affirmative: Ita refert Panimol. dec. 161. in fine.

21 Residua illius cere, quam aliqua confraternitas, vel locus pius impendit de suo in sepeliendis pauperibus gratis nec à Parocho, nec à quacunque alio pretendi possunt, nisi subsit fraus aliqua. Sac. Congr. Episc. & Regul. 22. Novemb. 1588. 11. Martii 1758. 11. Augusti 1606. & 15. Martii 1616.

22 Licet hæredibus cadavera defunctorum ad tumulum associari facere intortitiis, & candelis extinctis, offerendis confraternitatibus pro associatione SS. Sacramenti, aut pauperum ad sepulcrum, dummodo eorumdem cereorum saltem duplum accensum deferatur; unde si ex extinctis deferuntur duo, ex accensis saltem debent esse quatuor; Sac. Cong. Episc. & Reg. 14. Octobris 1598.

23 Servanda est consuetudo circa candelas, quas præterit Abbas, dum impeditus ad funera mittit crucem ecclesiæ, donec aliter declaretur; Sac. Cong. Episc. & Regul. 9. April. 1641.

24 Hæres defuncti pro funere ad suum libitum accipere potest quantitatem cere. Sac. Cong. Episcop. & Regul. 1. Maji 1617.

25 Partes residuæ cereorum, seu intortitorum, quæ à parochianis in die commemorationis omnium fidelium defunctorum deferuntur in ecclesiam parochialem, ibique super sepulcra, aut altaria, durantibus divinis officiis,

accensa permanent, spectant ad Parochum, nisi obstat consuetudo, aut de contraria mente deferentium constat. Sac. Congr. Episcop. & Regul. 26. Jan. 1635. Supradicta referuntur à Doctissimo P. Cavalieri in Agenda defunctorum. *

*** Neophytis olim candelas, sive cereos in manibus traditos fuisse refert Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 1. nupt. Gestationem candelæ inter Baptismi cereoniam quoque reponit S. Gregorius Nazianzenus, Ord. 4. de Baptismo, ex quo etiam Baptismum luminum nomine appellare non dubitat. Candelæ in Baptismo accenduntur vel in signum lætitiæ, vel ut ipsæ demonstrantur signare Spiritum Sanctum. Candelæ septem diebus, quemadmodum veste Candida Neophytos olim usos fuisse, clare expressit Alcuinus, de divinis officiis, cap. De Sabbato in albis. Quod indicare videtur, Baptizatos, extinctis peccatis præteritis, columnæ candelæ illuminata, id est, innocentia præcedente, ad ecclesiam semper esse ducentes. Ex quo ritu profiuit, ut hodie quoque Sacerdos del Neophyto vel Patino candelam accensam portigat, dicens: Accipe lampadem ardentem, & irreprensibilis custodi Baptismum tuum, serua Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias possis occurrere ei una cum omnibus Sanctis in aula celesti, habeasque vitam æternam, & vivas in secula seculorum. ***

(Lex 11. tit. 6. p. 1. prævenit, in signum, quod Christus Dominus, ac Redemptor noster verum est lumen, candelam incendi, sineque ea missæ sacrificium offerri non debere; consonat lex 16. tit. 10. & 6. ejusd. tit. 6. p. 1., in qua denotatur, inter munera Thesaurarii (vasorum, & sacrorum ornamentorum latine custos etiam vocatur) vid. verb. Acolytus, col. 1. p. 49. Ecclesiam thure, candelis, & luminaribus abundantem esse, numerari.

Per præcedentem leg. 16. tametsi in aliud obiectum candelæ fiat mentio, conmittitur, ceram, lychnum, & flammam seu ignem eidem inesse: ideo, si forte locus aliquis magis commodus non invenitur, quis demirabitur, in hoc lychnopæi circa candelarum structuram obligationes assignari? recognoscatur per consequens tit. 18. lib. 7. Recop. Cast. in cujus legibus duas personas bonæ existimationis ad invigilandum (vulgo Veedores) super candelarum fabrica ab officibus eligendas decernitur: antequam in publico hujusmodi materia vendatur, hosce examen passuros: à quolibet comparatur, ut operari, quod ex ea materia sibi placuerit, eodem capiant pretio, electis personis ostendi debere: ex lino aut ejus stupa, bene cocti, subtilis, & æqualis lychnum esse conficiendum: officinas esse visendas: immixtionem aliquam cum cerea materia permitti nunquam posse: atque in transgressores denique poenæ condignæ stabiliuntur: pro prima vice, dum agitur de immixtionem prædictam facientibus, aut materiam ad eam domi habentibus, cum amissione cereæ & duorum millium marapetinarum exactione: pro secunda sex millium, regie gaze, iudici jus dicenti, & denunciatori applicandorum: pro tertia per vias publicas eosdem sic contravenientes traduci oportet; de forma candelas pinguedine aut animalium visceribus vulgo Sevo conficiendi etiam in dicto tit. tractatur.

CANDELABRUM.

SUMMARIUM.

1 CANDELABRUM septimum non adhibetur in vespere, neque in missis defunctorum, licet ab Episcopo celebrentur, sed solum in missis solemnibus ab Episcopo celebrandis.

Can-

2 Librum esse hæredibus in associatione cadaveris candelas sibi bene visas distribuere, est omnibus patens; at vero hæc defuncti tumulationi deservire, juri hispano non consonat, cum per hocine, extra assignatum numerum, prohiberi videantur (1).

(1) Vid. verb. Taxa.

CANON, CANONES.

*** CANON missæ pro mysticis precibus, quibus actio divina celebratur, accipitur. Canon est regula, ordo, formula, acritus solemniss, quo sanctissima hæc oblatio fieri debet. Ideo enim sic concepta hæc regula fuit, ut ex nullius penderet primo arbitrio. Circa auctorem Canonis non consentiunt cum catholicis hæretici. Sed quidquid id omnino indubitatum est, quod Canonum ex ipsis Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus; sanctorum quoque Pontificum piis institutionibus constat. Primum à S. Petro Canonem institutum, & in sua Liturgia appositum fuisse probat cum aliisquam plurimis S. Isidorus, lib. 1. de ecclesiast. Off. Plura à Novatoribus adducuntur, ut demonstrent cum Polydoro Virgilio, lib. 5. de inventione rer. cap. 10. Canonem missæ non à S. Petro & ab Apostolis institutum; sed à pluribus Pontificibus variis temporibus compositum & auctum fuisse. Sed his facile respondetur; Pontifices quidem aliqua verba non de novo adjectisse, sed jam à scriptoribus omissa insertasse & restituisse, ut docet Herrera, lib. 1. Cereimon. missæ cap. 3. Contra eos, qui putant Apostolos ad orationem tantum dominicam celebrasse; asserti posset cum Lautmerer. l. 2. de Vesp. Mon. cap. 81. ad solam orationem dominicam Apostolos consecrasse, sed videlicet antequam Canonem instituisent; nam postea non solum Canonem, verum & preces, quibus hodie ecclesia utitur, in missæ sacrificio fundebant. Postquam, scribit Sanctus Proclus, in libel. de tradit. divina liturgia, servator noster in Cœlium assumptus est, Apostoli priusquam per orbem terrarum dispergerentur, conspirantibus animis ad toto die orandum convertebantur, & cum multam consolationem in mystico illo Dominici Corporis sacrificio postum invenissent; fuisse & longa oratione liturgiam decantabant. Quare multas decantabant preces, divinum numen impense orantes... Qui quidem religiosus ritus observatur ad hoc usque tempus, & ad finem usque seculi manebit. ***

CANONES APOSTOLORUM. Vide verb. Apostolus num. 16.

CANONES PENITENTIALES utiliter in multis synodis sunt impressi, ut confessarii eos addiscant & penitentes moneant, quanta olim penitentia pro quibusdam criminibus imponeretur; Bened. XIV. de synodo diocesana lib. 7. cap. 65. num. 5. 6. 7. verb. Penitentia Sacramentum art. 3. num. 49. ubi asseruntur.

Canonum statuta ab omnibus custodienda; dicitur in cap. 1. de constitut. potissimum autem ab Episcopis, qui sunt custodes sacrarum regularum, uti habetur in cap. Cum simus 9. quest. 3. quique in sui consecratione se ad id ærtissimo obstringunt juramento, ut in cap. Ego N. de jurejur. Bened. XIV. de synod. diocæs. lib. 7. cap. 65. num. 1. *

*** Ecclesiastica constitutio canonis nomine designatur. Canon idem est ac regula, quæ dicta est ex eo, quod recte ducit, neque aliquando aliorum trahit. (Vid. idem in proemio tit. 34. p. 7.) Canones disciplinam exteriorem præscribentes ex temporum, locorum, & personarum circumstantiis potissimum expendendi sunt. Certum enim est canones pro temporum, locorum, personarum, aliarumque causarum consideratione & necessitate editos fuisse, & nonnumquam temperatos aut eadem postulante consideratione aut necessitate mutatos. Ob neglectam hanc considerationem sæpe à vero canonum sensu aberratur. In condendis canonibus nihil aliud sibi Patres proposuerunt, quam ut fidelibus, ac præcipue ministris ecclesiæ in suis decretis seu canonibus vivendi rationem, atque ecclesiæ rite administrandæ optimam, maximeque convenientem disciplinam præfornarent. Nulli proinde sacerdotum licet canones ignorare; quandoquidem eorum neglectui corruptionis morales christiane primam causam adscribere non veretur christianus Lupus; Præfat. in Scholia. Canones editi ad formandos mores, vitia eluenda, atque rite regimena ecclesiæ instituent-

CANIS.

SUMMARIUM.

- 1 Canes venatici teneri, & ali non possunt ab Episcopis sub poena excommunicationis per tres menses; neque à Presbyteris sub poena excommunicationis per duos menses; neque à Diaconis sub poena privationis ab omni officio.
- 2 Quæ suspensionis poena etiam ad Subdiaconum extenditur.
- 3 Minoritas vero Clerici arbitrio Judicis plebendi traduntur.
- 4 Canes in ecclesia inferri non possunt.
- 5 Canes neque masculi, neque femina possunt retineri à monasteriis.

CANES venatici teneri, & ali non possunt ab Episcopis sub poena excommunicationis per tres menses; neque à Presbyteris sub poena excommunicationis per duos menses; neque à Diaconis sub poena privationis ab omni officio: cap. Episcopum l. de Clerico venatore, ubi Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum, canes, aut accipitres, aut hujusmodi, ad venandum habere non licet. Quod si quis talium personarum in hac voluptate sapius detentus fuerit, si Episcopus est tribus mensibus à communione; si Presbyter, duobus; si Diaconus ab omni officio suspendatur, quam suspensionis poenam ad Subdiaconum extendit Gloss. in cit. cap. Episcopum verb. Voluptas. Minoritas vero Clericos arbitrio Judicis plebendos tradit ibi Ancharanus, & Hostiensis in summa num. 4. quia teneri, & alere canes pro venatione omnibus Clericis est prohibitum, cap. Omnibus Servis Dei 2. de Clerico & venatore, Concil. Lateran. IV. cap. 15. Concil. Agathens. cap. 53. & Concil. Vormatiens. cap. 17. Canes in ecclesia inferri non possunt. Concil. Mediolanen. l. part. 2. tit. de ecclesiis, & eorum cultu, Concil. Mexican. l. 5. s. 28. (Vid. add. hisp. prope fin. verb. Bannitus, pag. 265. & verb. Clericus, verb. Omnes.)

Propter inconvenientiam secuta ex parvis caniculis, quæ voluptatis gratia tenebantur in monasteriis monialium, facta fuit circa id prohibitio generalis, ne amplius intus habeantur, neque feminae. Sac. Cong. Episcop. & Regul. in Mutinens. 3. Februarii 1597. & in Justinopolitana 22. Septembr. 1651.

21 tuendum, tametsi aliquid juris positivi contineant, præcipuum nihilominus quod in iis occurrit, atque decernitur, potius juris naturalis ac divini interpretatio, declaratio, atque ad particulares casus & causas applicatio, quam juris positivi nova constitutio dicenda est.

22 Proinde nulla, quantumvis inveterata consuetudo, nec contraria multorum canonum in totum abrogare poterit. Quod si canonum rigor etiam Patrum ætate nonnumquam relaxatus fuerit, hæc relaxatio non nisi necessitate urgente, aut publica ecclesiæ utilitate flagitante indulgetur; idque ea semper cautione, ut cessante necessitate, pristinus canonum rigor servaretur. Sed nequaquam propterea canonum mitigatio ab eorum studio ac diligenti perscrutatione deterretur. In canonibus perscrutanda ratio & spiritus magis quam verba attendenda sunt, (Concordat. lex 5. §. 13. tit. 1. p. 1.) ut hinc & sanctissimæ ac utilissimæ non raro ibi contentæ morum regulæ facilius deventur, & intimus quoque ecclesiæ Patrumque sensus quæclarissime innotescat & percipiatur. Canonibus ex mente ecclesiæ perpensis, cuiusnam dubium, quin præcipue clericorum quisque deprehendat, continentiam & jugem in ministeriis ecclesiasticis occupationem ab ecclesiâ maxime inculcat; & dum leges ab oneribus tum civilibus, tum personalibus, clerico exemptionem indulgent, id principaliter intendi, non ut Clerici otio vacantes vitam oneribus exemptam agant, vel commodis temporalibus augeantur, sed ut jugiter, ac sine distractione altariis deservire queant, id est vivere ut evangelicè.***

CANONICATUS, CANONICUS.

ARTICULUS I.

Quid sit canonia, seu canonicatus, & canonicus, & unde dicatur.

SUMMARIUM.

- 1 **C**ANONIA vulgo canonicatus est jus spirituale, quod provenit ex electione, seu receptione alicujus in fratrem, seu canonicum.
- 2 **H**oc jus spirituale, quod præbet canonia, consistit primo in jure habendi in choro sedem, & vocem in capitulo.
- 3 **S**ecundo consistit in hoc, ut quam primum facultas esse obtulerit, in canonicum eandem canoniæ legitime obtinenti, etiam conferatur præbenda, seu competens portio fructuum canonicatum.
- 4 **S**i quis enim simpliciter in canonicum receptus fuerit, antequam redditus canonicales eidem assignentur, sive conferantur, dicitur habere canoniæ, hoc est, canonicatum; nondum vero præbendam.
- 5 **S**iquidem præbenda ulterius importat jus ad percipiendos fructus annuos canoniæ, sive debitos ex titulo juris canonici. Unde qui habet utrumque, id est canonicus præbendarius appellatur.
- 6 **C**anonicus nomen idem est ac Regularis. Venit enim à voce Græca Canon, quæ regulam significat.
- 7 **C**anonicorum prima origo fuit in monastica disciplina.
- 8 **H**inc Sanctus Augustinus ad communem vitam in domo episcopali Sacerdotes, & Diaconos congregavit, cujus exemplum secuti sunt plurimi Africa Episcopi, & illi Sacerdotes, & Diaconi pro ministerio suo distributiones bonorum ecclesiæ accipiebant.
- 9 **T**uncque primum Canonicus dicti sunt illi, qui eas recipiebant, eo quod ecclesiæ adscripti vitam Canonicam conformem ducebant.
- 10 **E**t ipsi etiam fundos per vitam suam possidendos assignabat Episcopus, & sic canonicorum, & præbendarum origo, nomen, & usus invaluit.

CANONIA vulgo canonicatus est jus spirituale, quod provenit ex electione, seu receptione alicujus in fratrem, seu canonicum. Sic Innocentius in cap. Cum M. 9. §. Ca-

nonicos, de constit. Nebrissensis in Vocabular. Jur. verb. Canonia, & alii. Hoc autem jus spirituale, quod præbet canonia, consistit primo in jure habendi in choro sedem (vulgo stallum), & vocem in capitulo. Secundo consistit in hoc, ut quam primum facultas esse obtulerit, in canonicum eandem canoniæ legitime obtinenti, etiam conferatur præbenda, seu competens portio fructuum canonicatum; cap. Relatum 9. de præbend. ibi: Quia non est congruum, ut præbenda (scilicet vacante, vel proxime vacatura) careat, qui in canonicum novitum esse receptus; concordat cap. Dilectus 19. de præbend. c. Cum M. 9. de const. Si quis simpliciter in canonicum receptus fuerit, antequam redditus canonicales eidem assignentur, sive conferantur, dicitur habere canoniæ, hoc est, canonicatum; nondum vero præbendam. Siquidem præbenda ulterius importat jus ad percipiendos fructus annuos canoniæ, sive debitos ex titulo juris canonici. Unde, qui habet utrumque, id est canonicus præbendarius appellatur; cap. Sanctorum 2. dist. 70.

Canonicus nomen idem est ac regularis; venit enim à voce Græca Canon, quæ regulam significat; cap. Canon 1. dist. 3. ibi: Canon græce, latine regula nuncupatur. Et in Concil. Col. II. part. 3. cap. 4. sic expresse dicitur; "ut de Canonicis dicamus pauca, respondeat eorum vita titulo, respondeat nomini: sint reipsa, ut sunt nomen canonicus, id est, regulares." Canonicorum prima origo fuit in monastica disciplina: Concilio Colon. loc. cit. his verbis: "Neque enim clam est, primam eorum originem monasticam disciplinam fuisse. Imitentur Apostolos, & nascentis ecclesiæ ministros, quorum erat cor unum, & anima una, qui quotidie (ut in actis apostolicis legitimus) perdurantes unanimitè in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis perseverantes in orationibus... potro ecclesiæ istæ collegiæ quædam vetustatem spirant, & ecclesiæ primitivæ institutum præferunt; quod vel forma ædificiorum ostendit, quæ canonicos prope templum in unum pene habitaculum collocavit, ut procul à promiscua multitudine separati, divinis pariter laudibus jugiter insisterent." Hinc Sanctus Augustinus ad communem vitam in domo episcopali Sacerdotes, & Diaconos congregavit, cujus exemplum secuti sunt plurimi Africa Episcopi; & illi Sacerdotes, & Diaconi pro ministerio suo distributiones bonorum ecclesiæ accipiebant. Tuncque primum Canonicus dicti sunt illi, qui eas recipiebant, eo quod ecclesiæ adscripti vitam Canonicam conformem ducebant. Et ipsi etiam fundos per vitam suam possidendos assignabat Episcopus, ut docet Concilium Aurelianense tertium cap. 17. & sic canonicorum, & præbendarum origo, nomen, & usus invaluit.

Primis ecclesiæ seculis quicumque clerici certæ ecclesiæ addicti, quique ex ejus penu alebantur, vocabantur Canonicus. Ratio denominationis inde petita fuit, quod albo, seu matriculæ ecclesiæ fuissent inscripti; tum quod stipendiis ecclesiæ militarent. Canon enim antiquis scriptoribus non raro significat ecclesiæ matriculam, seu album. Præterea etiam canon pensionem, stipendiumque denotat, quod vel jus romanum docet in l. 1. cap. de indict. l. unic. cod. de collat. bon. l. 3. cod. que res vend. non poss. Confer. etiam Anton. Matthæi de nobilit. lib. 2. cap. 33. Gerard. du Bois in histor. Paris. lib. 6. cap. 1. §. 5. At ab his minime ortum trahunt, qui hodie in oppositione ad ceteros clericos dicuntur private Canonicus. Postea enim dicti sunt Canonicus, qui vitam quamdam communem agebant, communi refectorio, & dormitorio utebantur, & ita speciale aliquod collegium constituebant. Nova hæc Canonicorum ratio apparuit tempore Pipini, auctore Chrodogango Methensium Episcopo, qui clericos suos in unam congregavit societatem, & in uno claustrum ad vitam communem ad instar monachorum colendam eosdem traxit, perduxitque, certas illis regulas vivendi præscribens; Paul. Diacon. in fragment. de Episcop. Metens. apud Duchesnum tom. 2. hist. Franc.

Non omnis tamen clerus, sed tantum cathedralis ecclesiæ à Chrodogango ita collectus est. Propagata fuit regula

21 gula Chrodogangi tempore Caroli Magni. Adeoque sub hoc novo instituto quotidie crevit clericorum numerus, ut congregationibus ecclesiæ cathedralis non omnes possent coadunari. Hinc plura collegia Canonicorum extra ecclesiæ cathedrales sunt exorta, quod vel hodie ecclesiæ collegiarum Canonicus docent. Omnium tamen una erat ratio, & conditio. Seculo autem decimo passim Canonicis pristina deseruerunt disciplina; Trichemius in Chron. Hirsaugiens. de anno 977. Ad evitandam autem expulsionem Canonicorum male viventium, vita regularis inventa est. Sunt qui Petro Damiani reformationis opus adscribunt, & regulam in calce operum editam, hunc in finem ab eo conscriptam esse contendunt. At Natalis Alexand. Petrum de Honestis Auctorem hujus novi instituti facit, eumque à Petro Damiani distinguendum esse demonstrat. Duplex posthac emerit Canonicorum status. Qui proprietatem renuntiabant regulares; qui extra communem vitam vivebant, seculares dicti sunt, quod in seculo adhuc manerent, ad quod proprietatem bonorum retulerunt.

*** Canonicus dicitur, qui juxta regulam propriæ suæ ecclesiæ vivebat. Conc. Tom. II. Can. 20. Licet Urbanus II. in Conc. Claromont. can. 9. & Arnulfus Episcopus Lexov. epist. ad Alexand. Pap. præbendam canonicam pro canonia ponant, valde tamen differebat jure communi inspecto; nam canonia est jus habendi sedem in choro ad canendum, & vocem in capitulo, præbentis ex electione seu receptione in fratrem; præbenda vero ex se non habet sedem in choro, nec vocem in capitulo, & titulus canoniæ est receptio in fratrem, titulus vero præbendæ collatio. Canoniæ per se absque præbenda beneficium ecclesiasticum esse pluribus textibus evincitur. Nam Canonicus habet jus percipiendi distributiones quotidianas, quæ licet fructus beneficii non sint, sunt emolumenta, quæ propter officium impensum in ecclesiâ præstantur. Barbosa de Canonicis cap. 21. Solorzanas de jurib. honor. num. 481. & Moneta de distrib. quest. 6. per totum. Canonicorum institutum antonomastice militia clericalis dicitur, & ab exactiore quam proficiunt canonum custodia Canonicus nomen sortiuntur. Canoniæ regulæ primaria fuit institutio, ut sub Episcopo Canonicis essent sancte viventes, & prompti ad omne ecclesiasticum ministerium ad quod à Præposito suo ordinarentur. Unde nemini dubium esse potuit, quin Canonicus subsidio & adjutorio Episcopi esse tanteantur. Primis temporibus qui dicebantur Canonicus, prope domum episcopalem sub uno direttore habitare solebant; ad postquam Episcopi plures ecclesias sub uno regimine habere cœperunt, Canonicorum collegia aliis in locis ab Episcopis, aut fidelibus constructa fuerunt, tum ut ipsi, utpote canonum singularem custodiam proficientes, reliquo clero superintenderent, tum etiam ut in ipsis capitulis personas haberent Episcopi, quæ sibi in regimine populi forent adjutores. Canonicorum collegia, dum olim Canonicus vitam communem agerent, unoque claustrum sub certa regula, & superiorum directione viverent, monasteria dicta fuisse ex monumentis, & scriptoribus antiquis notissimum est. At postquam Canonicus, abjecta vita communi, ad vitam singularem transierunt, externaque vivendi disciplina se plane à monachis, & regularibus in communi viventibus discreverunt, eorum ecclesiæ sive collegia dici cœperunt capitula. Singularitate semel introducta, suas etiam congregationes, quæ prius conventus, sive collatio dicebantur, capitula dixerunt, eaque que in illis congregationibus acta sunt, acta capitulum & capitulariter acta dicuntur. Ont singularem vitam quam inter seculares vivere cœperunt, Canonicus seculares dicti sunt; quæ nomenclatura profuit ex eo quod, cum antea in claustris ab omni mundi strepitu, & hominum secularium conversatione segregati plane à seculo existerent, nunc inter seculares homines converserent & habitent. Sed quidquid mutationis intervenit, quæ etiam non observata, Canonicus quæ sunt vocations & professionis exacte adimplere possunt. *** (Conducit lex 30. tit. 7. p. 1. (ad idem lex 1. §. 2. ejusd. tit. §. part.) ubi concordantia, & discordantia, quæ

inter Canonicos regulares, & monachos advertitur, notatur: concordant quod nil proprium habere possunt; (Vid. lit. A. pag. 103. lit. D. pag. 99. vers. De omnibus...) in observantia castitatis, & obedientiæ: sine licentia superioris nequeunt à claustrum recedere: (Vid. verb. Regulares, vers. Postquam... in add. hisp.) prandium & dormitorium commune: in capitulo celebratio ne equaliter procedunt: appellatio, si corrigantur, non admittitur, vid. verb. Appellatio, art. 5. Regiumque Ord. Circul. verb. Forum, ad vers. Presentibus... nisi in correctione detur excessus: in habitu disparitas inventur: causa intercedenti possunt seorsim habitare Canonicus, quod monachis non licet. Perlegere, inter alias, non officit literas apostolicas à Sanctitate D. Clementis X. tertio idus Februarii an. Incarnat. D. N. J. M. DC. LXXV. & VI. sui Pontificatus expediri mandatas, in quibus reductio Ecclesiæ Cesarugustanæ de statu regulari ad secularem demonstratur. Nota etiam leg. 24. tit. 5. part. 1. per quam designatur, postulationem locum habere, dum monachum aut Canonicum regularem eligi intenditur. (Vid. verb. Electio.)

ARTICULUS II.

Canonicatus quoad collationem, & possessionem.

SUMMARIUM.

- 1 **I**n collatione canonicatum quid juris, quid consuetudinis, vel pacti, ad num. 14.
- 15 **P**ossessio canonicatus quomodo, & quo tempore capiendâ, ut legitime sit capta, ad num. 31.
- 32 **A**n liceat aliquas solviones dare & accipere, saltem dulciaria pro admissione in possessionem, ad n. 38.
- 39 **U**trum valeant statuta vel consuetudines de serviendo gratis per aliquod tempus, ad num. 43.
- 44 **D**e Clerico ignobili ac parum scientifico quoad dignitatem.
- 45 **S**ubstituuntur additiones ex aliena manu, ad n. 62.
- 63 **A**d additiones novissima inseruntur, ad num. 72.

QUAMVIS de jure collatio, seu provisio canonicatum in ecclesiis cathedralibus simultanee spectare præsumatur ad Episcopum, & capitulum, ut per glossam communiter receptam in cap. Cum Ecclesia Vulterana 31. de election. Rota part. 3. recentior. decis. 124. num. 1. decis. 686. num. 4. part. 4. tom. 1. decis. 429. num. 1. p. 5. tit. 2. decis. 440. num. 9. decis. 444. num. 1. part. 16. decis. 244. num. 1. cum sequent. part. 19. tom. 1. decis. 121. num. 1. Consuetudo tamen in contrarium attendi debet, videlicet quoad solum Episcopum, privative quoad capitulum; vel è converso ad solum capitulum, privative quoad ipsum Episcopum, collatio, seu provisio pertineat; cap. Cum Ecclesia Vulterana 31. de election. cap. Ex parte Astensis Ecclesiæ de concessione Præbend. Abbas in citat. cap. Cum Ecclesia Vulterana n. r. & 10. Casador. dec. 22. num. 2. de Præbend. plene Barbosa de Canonicis, & Dignitat. cap. 14. num. 20. Rota part. 3. decis. 124. num. 1. part. 5. tom. 2. decis. 444. n. 1. part. 16. dec. 244. n. 2. part. 19. tom. 1. dec. 121. num. 2. Consuetudo canonicatus, & dignitates conferendi à capitulo irrequisito Episcopo probatur ex collationibus factis tantum ab eodem capitulo; Rota part. 3. decis. 124. in Casalens. juris conferendi p. 16. dec. 244. in Beneventana juris conferendi p. 19. tom. 1. dec. 121. in Novarien. Canonicatus. Quæ consuetudo ad exclusionem simultanee collationis præscribitur spatio 40. annorum, ut tenent communiter Doctores in cap. Cum de beneficiis in 6. Gloss. in principio in cap. in. ibi que Abbas n. 7. de consuet. Barbo. de Canonicis cap. 14. num. 20. Peregrin. cons. 28. num. 4. & 5. Gonzalez super Regul. 8. Cancell. gloss. 7. num. 8. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 21. num. 47. Rota part. 11. recent. decis. 74. num. 12. part. 16. decis. 244. num. 3.

Nedum in ecclesiis cathedralibus, sed etiam in ecclesiis collegiatis secularibus collatio, seu provisio canonicatum spectat simultanee ad Episcopum, & capitulum, Rota part. 1. recent. decis. 232. num. 2. Barbosa